
NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08160615 8

HOMERI
HYMNUS
IN
CEREREM,

NUNC PRIMUM EDITUS

A

DAVIDE RUHNKENIO.

Marsh



LUGDUNI BATAVORUM,

APUD SAMUEL. ET JOANN. LUCHTMANS,

MDCCLXXXI.



PRAEFATIO.

Nihil minus cogitavi, quam fore unquam, ut Homeri Hymnus in Cererem, quem quidem altero a C. N. seculo superfuisse sciebam, sed in rebus dudum deperditis numerabam, ut is igitur in Bibliotheca quadam reperiretur, aut, si forte repertus esset, mea qualicunque cura in lucem prodiret. Nec minus mirabile mihi videbatur, Hymnum mitti ex Moscovia; ubi tale antiquitatis monimentum latere, si quis forte narrasset, omnes eum jocari potius, quam serio loqui, putassent. Verum cum res ipsa nobis fidem fecerit, omnemque admirationem sustulerit,

rit,

rit, reliquum eſt, ut, quomodo ille Hymnus inventus ſit, & cujus beneficio noſtras in manus pervenerit, breviter explicemus. Ante aliquot annos e Germania Moſcam vocatus eſt vir utriusque linguae peritiſſimus, in quo Erneſtinae disciplinae alumnum facile agnoſcas, Chriſtianus Fridericus Matthaei, ut oriens in illius urbis Academia bonarum literarum ſtudium aleret & confirmaret. Qui cum eo delatus audiviſſet, luculentam copiam Graecorum Codicum, quos nemo legeret, nedum intelligeret, in Bibliotheca S. Synodi ſervari, inopinata re percuſſus, ſtatim hunc theſaurum excutere coepit. Cumque plures libros eximios, quorum notitia ab ipſo ſuo tempore tradetur, reperiſſet, incidit etiam in Codicem Homeri, ſcriptum illum quidem ſub finem ſeculi XIV. *ſed, ut res ipſa docet, ex veterrimo praeſtantiſſimoque ductum,*

qui

qui praeter fragmentum Iliadis, editos Hymnos XVI. *vulgari fere ordine complectebatur. Sed ecce! Hymno* XVI. *qui editorum ultimus est in Codice, primum subjecti erant duodecim versus ex Hymno deperdito in Bacchum: tum sequebatur bene longus, &, si posteriorem partem excipias, satis integer Hymnus in Cererem. Triumphans Clarissimus Matthaei tali ac tanto invento, nec moram, quam Editio multis de caussis Moscae habitura esset, ferens, per me monimentum, quod tot secula latuerat, in lucem proferri voluit, quem sciret Homericos Hymnos diligentius tractasse, in iisque castigandis Criticae tirocinium posuisse. Neque his finibus se continuit singularis ejus & inusitata erga me humanitas, sed ultra progressa, beneficium cumulavit excerpendis ex eodem Codice Variantibus editorum Hymnorum; quibus quot quam*

foeda sint inveterataque ulcera sanata, alio loco planissime intelligetur. Susceptis igitur Editoris partibus, quas ipse vir doctissimus aut aeque bene, aut melius agere potuisset, Hymnum cum aliis Homeri carminibus studiose comparavi, tum alias ob caussas, tum inprimis, ut mihi, suusne sit Poëta, an aliunde pendeat, constaret. In locis vitiosis, cum non alius Codex, qui opem ferret, superesset, ad ingenium, Codicis vicarium, confugi. Obscuriora, quam brevissime potui, explicavi, ne Hymni Editio, quae in tanta studiosorum exspectatione esset, longius traheretur. Versionem autem Latinam, nescio, an nonnullis invitis, consulto praetermisi, melius existimans, Graecos Poëtas ignorare, quam ex versione cognoscere. Neque, si verum fateri volumus, aliunde, nisi ex versionibus, apud plerosque nata est ista cum Homeri, tum ipsa-

rum Graecarum literarum contemtio. Atque hic praefationis finem facere possem, nisi paucis disceptare visum esset, sitne ille Hymnus a Poëtarum principe, ut titulus profitetur, an sub ejus nomine ab alio scriptus? Homerum Hymni auctorem edit testis idoneus, Pausanias, nec semel, & quasi praetereundo, sed quatuor locis, & constanter, Attic. 38. bis, Messen. 30. Corinth. 14. Ne tertio quidem loco, Messen. 30. ubi τύχης *nomen, quo nusquam Homerus usus est, rem suspectam facere potuisset, quicquam dubitationis ostendit. Igitur, si Pausaniae standum est judicio, rem confectam habemus. Ego tamen ingenue fateor, non unam mihi injectam esse dubitationem. Primum Scholiastes Nicandri ad Alexiph. 130. ita loquitur, ut hunc Hymnum pro supposititio habuisse videatur:* ὅτι δὲ διὰ γλήχωνος ἔπιεν ἡ Δημήτηρ τὸν κυκεῶνα, καὶ

διὰ τὴν χλεύην Ἰάμβης ἐγέλασεν ἡ θεὰ, ἐν τοῖς εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένοις Ὕμνοις λέγεται. *Sed multo certius argumentum, quo Hymni, ut ita dicam, germanitas dubia reddatur, ex ipso duci carmine potest; in quo, etsi pulcherrimo, tamen nervos, sanguinem, spiritum, quibus Homeri praestantia maxime censetur, saepe desideramus. Quam jacent, ut alia taceam, illae nihil proficientes Iridis, Hecatae, & Rheae legationes! Nec aliter de Homericis Hymnis in universum judicavit Grammaticus vetus apud Allatium de Patr. Homeri cap.* 15. Οὐδὲν δὲ αὐτοῦ θετέον ἔξω τῆς Ὀδυσσείας καὶ τῆς Ἰλιάδος. ἀλλὰ δὲ καὶ τοὺς ὕμνους, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐς αὐτὸν φερομένων ποιημάτων ἡγητέον ἀλλότρια, καὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς δυνάμεως ἕνεκα. *Forma dicendi, fateor, tota est Homerica. Quanquam sic quoque Homeri studiosus pauca quaedam, quae vix pro Homericis*

agno-

agnoscat, reperiet, v. c. vs. 9. Πολυδέκτης, *&* *alibi* Πολυδέγμων *pro* Plutone, *vs.* 12. κάρα *pro* κάρατα, vs. 208. ἄλφι pro ἄλφιτα, *vs.* 210. ἐρυσμὸς, *vs.* 209. ἀντίτομον, *vs.* 221. προβαλὴς, *vs.* 264. ἐλεινὴν *pro* ἐλεεινὴν, *&c. His fere rationibus moveor, ut hunc partum Homero subditum credam, nec tamen ab auctore ipso, cujus aetas talem fraudem ignorabat, sed a notis illis falsariis, qui, ut regibus Alexandriae & Pergami libros carius venderent, operum titulos mutabant, nobilius nomen, velut Homeri, minus claro substituentes. Jam ad Pausaniam quod attinet, nolim dicere cum Fulvio Ursino ad Virgil. Ecl.* IV. 59. *eum parum intelligentem esse talium rerum existimatorem. Nam Criticum egregium se ostendit in judicio de Orphei & Musaei carminibus, Attic.* 14. *de Homeri Thebaide, Boeot.* 9. *de Hesiodi Theo-*

gonia, *ibid.* 27. *Veruntamen*, *cum etiam Phocic.* 37. *Hymnum in Apollinem*, & *Boeot.* 30. *omnes adeo Hymnos*, *qui sub Homeri nomine feruntur*, *pro veris ac germanis habuerit*: *quod ne Leoni quidem Allatio l. c.* & *Steph. Berglero Praef. ad Odyss. p.* 16. *quibus nemo de his Hymnis magnificentius sensit*, *probatur*: *cum igitur Pausanias tam facilis fuerit in iis Homero tribuendis*, *suspicor*, *illorum splendorem ita ejus oculos praestrinxisse*, *ut ad manifesta indicia*, *quibus alius Homero scriptor proderetur*, *conniveret*. *Nec tamen cuiquam auctor sim*, *ut ingenio otioque abutatur ad Hymni antiquitatem convellendam*. *Nam*, *ne dicam*, *Pausaniae judicium certe in hanc partem valere*, *ut*, *quod carmen ab ipso pro Homerico habitum sit*, *ab omnibus longe antiquissimum sit habendum*; *talis in singulis versibus viget* χνοῦς ἀρχαιοπινὴς, *sive*

robi-

robigo vetuſtatis, *ut a Poëta, qui vel ſtatim poſt Homerum, vel Heſiodi aetate vixerit, ſcriptum videatur. Hoc a peritis ſentiri poteſt, imperitis, quid ſit, explicari non poteſt. Quid? an Apollonii Rhodii, & alterius Poëtae, qui carmen inter Theocritea* XXV. *ſcripſit, auctoritas parvi eſt facienda? Qui, cum Hymni locos exquiſitiores ad imitationem vocarint, quantam jam tum vetuſtatis opinionem habuerit, manifeſto declarant. Gratulemur igitur aetati noſtrae, cui prorſus inſperanti monumentum obtigit, quod non minorem ab ultima antiquitate, quam a priſca ſimplicique venuſtate commendationem habet, idque non ſolum ad pulcri ſenſum alendum, ſed etiam ad alios ſive Graecos ſive Latinos Poëtas rectius intelligendos conferamus. In quo genere quantum inde utilitatis capi poſſit, tribus exemplis, quae ſe ultro non quae-*

quaerenti obtulerunt, declarabo.

Catullus de Nupt. Pel. & Thet. 281.

quos propter fluminis undas
Aura parit flores tepidi fecunda Favoni,
Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,
Queis permulsa domus jucundo risit odore.

Hic Vulpius longius petitum dicit, domus jucundo risit odore. *Sed ecce fontem, unde venustum illud loquendi genus fluxerit, in Hymno nostro vs.* 13. Κηώδει δ' ὀδμῇ πᾶς οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν, Γαῖά τε πᾶσ' ἐγέλασσε.

Idem Catullus eodem carmine vs. 128.

Tum tremuli salis adversas procurrere in undas,
Mollia nudatae tollentem tegmina surae.

ubi Interpretes tegmina surae *perperam sumunt*

pro

pro cothurnis, vel fasciis. Intelligenda est tunica, nuda crura tegens, quam Ariadna, ne aqua madefieret, tollebat. Hanc explicationem plane confirmat Hymnus vs. 176. Ὡς αἱ ἐπισχόμεναι ἑανῶν πτύχας ἱμεροέντων, Ἤϊξαν κοίλην κατ' ἀμαξιτόν. *Quem imitatus est Apollonius Rhod.* III. 874. Τρώχων εὐρεῖαν κατ' ἀμαξιτόν. ἂν δὲ χιτῶνας Λεπταλέους λευκῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις ἄειρον. *Adde simillimum locum Moschi* II. 123. Εἴρυε πορφυρέας κόλπου πτύχας, ὄφρα μὴ ᾤην Δεύῃ ἐφελκομένην πολιῆς ἁλὸς ἄσπετον ὕδωρ.

Virgilius Aen. IV. 32.

Solane perpetua moerens carpere juventa? Br. ad Apoll Rhod. IV. 1171
Nec dulces natos, Veneris nec praemia noris?

Hic interpretes dubitant, ipsi nati intelligendi sint; tanquam matrimonii munera, an concubitus. Dubitationem omnem tollit Hymnus, con-

cubi-

cubitum δῶρα Ἀφροδίτης *vocans*, *vs.* 101. Γρηῒ παλαιγενέϊ ἐναλίγκιος, ἥτε τόκοιο εἴργηται, δώρων τε φιλοστεφάνου Ἀφροδίτης. *Quamquam sic etiam, praeter nostrum Poëtam, locuti sunt Hesiodus Asp.* 47. *& Pindarus Nem.* VIII. 12.

Sed ego, Hymnum edidisse contentus, talem Poëtarum comparationem aliorum industriae relinquo. Vale.

Haec ante menses non ita multos praefati sumus. Brevi post, paucis Hymni exemplis in vulgus emissis, deprehensum est, huic editioni multum ad integritatem, casu quodam, deesse. Res ita se habet. Cum Clarissimo Matthaei, Hymnum describenti, nihil longius videretur, quam ut mihi necopinanti laetitiam objiceret, aliosque per me inexspectato munere bearet, accidit hac festinatione, ut post vs. 198. *viginti versus, post vs.* 413. *unus oculatissimi hominis a-*

ciem

ciem fallerent. Qui error, quamvis humanus, viro optimo tantum molestiae attulit, ut sibimet ipse totus displiceret, nec, nisi consolatione mea mitigatus, secum in gratiam rediret. Jam nihil aliud restabat, nisi ut, ista editione penitus abolita, novam omnibusque numeris expletam adornarem. Quod consilium Cl. Matthaei humanitas enixe adjuvit non solum versibus, qui deessent, supplendis, sed singulis etiam literarum apicibus, quos vetus Codex haberet, iterum anxia diligentia rimandis. Velim igitur, ista editio pro mutila, sicut est, & paene non edita; at quae nunc profertur, pro vera, integra, sincera, atque adeo prima habeatur. Huic etiam versionem Latinam subjunximus. Nam cum permulti essent, qui dicerent, sese, etiamsi carminis Graeci venustatem sentire non possent, velle tamen ejus argumentum, tractationem, inprimis-

que

que ea, quae ad historiam sive veram sive fabulosam pertinerent, ex versione cognoscere, rogavi virum Graece Latineque doctissimum, Jo. Henr. Vossium, ut eorum desiderio satisfaceret, meque aliis occupationibus impeditum hoc labore levaret. Cujus nomen quoniam nunc primum in Batavis auditur, addere liceat, eum adhuc regere Scholam ignobilis oppidi, Otterndorpii, sed dignissimum esse, cujus doctrina majore in theatro spectetur. Speramus igitur, futurum, ut Germani, qui vel in summa eruditorum hominum copia tale ingenium fovere deberent, certe illud in tanta, quae nunc est, hujus generis penuria complectantur. Iterum vale.



OMH-



FRAGMENTUM HYMNI IN BACCHUM.

Καί οἱ ἀναστήσουσιν ἀγάλματα πόλλ' ἐνὶ νηοῖς.
Ὡς δὲ τὰ μὲν τρία σοι πάντως τριετήρισιν αἰεὶ

Ἀγ-

FRAGMENTUM] Hoc Fragmentum in Cod. Moscov. Hymno in Cererem praemittitur. Ex deperdita ejusdem Hymni parte novem verſus valde luculentos conſervavit Diodorus Siculus, Homero Hymnum diſerte tribuens, I. 15. p. 19. III. 65. p. 235. IV. 2. p. 248. Οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ σ', οἱ δ' Ἰκάρῳ ἠνεμοέσσῃ Φασίν, οἱ δ' ἐν Νάξῳ, δῖον γένος, εἰραφιῶτα, Οἱ δέ σ' ἐπ' Ἀλφειῷ ποταμῷ βαθυδινήεντι Κυσαμένην Σεμέλην τεκέειν Διὶ τερπικεραύνῳ. Ἄλλοι δ' ἐν Θήβαισιν, ἄναξ, σὲ λέγουσι γενέσθαι, Ψευδόμενοι. σὲ δ' ἔτικτε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, Πολλὸν ἀπ' ἀνθρώπων κρύπτων λευκώλενον Ἥρην. Ἔστι δέ τις Νύσῃ ὕπατον ὄρος, ἀνθέον ὕλῃ, Τηλοῦ Φοινίκης, σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων. Verſu 1. quis non ſtatim agnoſcat imitationem Callimachi H. in Jov. 6. Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι, Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ· πότεροι, πάτερ, ἐψεύσαντο; Verſum 4. demum e libris MSS. addidit Weſſelingius, recepitque, ſed alieno loco, Cl. Erneſtus in

A Ho-

Ἄνθρωποι ῥέξουσι τεληέσσας ἑκατόμβας.
Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.
Ὣς εἰπὼν, ἐκέλευσε καρήατι μητίετα Ζεύς.
Ἴλαθι, εἰραφιῶτα, γυναιμανές. Οἱ δέ σ' ἀοιδοὶ
Ἄιδομεν ἀρχόμενοι, λήγοντές τ'. οὐδέ πῃ ἐστὶ

Σεῖ'

Homeri Fragm. p. 135. Vſ. 8. eſt varietas lectionis. Nam pro ὕπατον ὄρος, quod Diodorus tribus locis conſtanter ſervat, Scholiaſtes ad Apollon. Rhod. II. 1215. legit ὕπατον κέρας. Sed alteram lectionem ſequar ob rationes a Weſſelingio allatas.

4. Ἦ, καὶ κυανέῃσιν] Hi tres nobiliſſimi verſus etiam reperiuntur Il. A. 528. quorum unum ſic imitatus eſt Apollon. Rhod. II. 679. χρύσεοι δὲ παρειάων ἑκάτερθε Πλοχμοὶ βοτρυόεντες ἐπεῤῥώοντο κιόντι.

7. Ἐκέλευσε καρήατι] Lege: ἐπένευσε καρήατι. ut H. in Cer. 169.

8. Ἴλαθι] MS. ἵλαθ'.

9. Ἄιδομεν ἀρχόμενοι, λήγοντές τ'] Il. I. 97. Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι. quod laudant Philo Jud. T. I. p. 499. Seneca Pater Contr. III. p. 284. & praeter alios multos imitatur Virgil. Ecl. VIII. 11. ubi vide F. Urſinum. Heſiodus apud Euſtath. ad Il. Σ. p. 1163. Πάντες μὲν θρηνοῦσιν ἐν εἰλαπίναις τε, χόροις τε. Ἀρχόμενοι δὲ Λίνον, καὶ λήγοντες καλέουσιν. Sic corrige verſus, quos depravavit Simſonus Chronic. ad A. M. 2499. Ceterum hic locus confirmat ſcripturam vexatiſſimi verſus apud Heſiodum Theog. 48. Ἀρχόμεναί θ' ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσαί τ' ἀοιδῆς. ubi ἀοιδῆς a veteribus pronunciabatur ᾠδῆς, ut deinceps etiam ſcribi coepit.


De

Σεῖ' ἐπιληθόμενον ἱερῆς μεμνῆσθαι ἀοιδῆς.
Καὶ σὺ μὲν ὧτω χαῖρε, Διώνυσ' εἰραφιῶτα,
Σὺν μητρὶ Σεμέλῃ, ἥν περ καλέυσι Θυώνην.

De talibus saepe ad Homerum monuit Clarkius. Vide ad H. in Cerer. vſ. 425.

10. Σεῖ' ἐπιληθόμενον] MS. ἐπιλαθόμενοι, quod correxi ex altero Homerico Hymno in Bacchum vſ. 58. Χαῖρε, τέκος Σεμέλης εὐώπιδος· ὐδέ πη ἐςὶ Σεῖό γε ληθόμενον, γλυκερὴν κοσμῆσαι ἀοιδάν. Obiter emendemus Orpheum apud Scholiaſt. Apoll. Rhod. III. 1. Οὐδέ τι λήγονται Μυσῶν βροτοί· αἱ γὰρ ἔασι Κοίρανοι, αἷσι μέμηλε χορὸς θαλίαι τ' ἐρατειναί. Lege: Οὐδέ τι λήθονται Μυσῶν βροτοί.

12. Θυώνην] Vide Cl. Valckenarium Diatrib. in Euripid. XV. p. 154.



ΟΜΗΡΟΥ

ΥΜΝΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΗΜΗΤΡΑΝ.

Δήμητρ' ἠΰκομον, σεμνὴν θεὰν, ἄρχομ' ἀείδειν,
Αὐτὴν, ἠδὲ θύγατρα τανύσφυρον, ἣν Ἀϊδωνεὺς
Ἥρπαξεν, δῶκε δὲ βαρύκτυπος εὐρύοπα Ζεὺς,
Νόσφιν Δήμητρος χρυσαόρου ἀγλαοκάρπου
Παίζουσαν κούρῃσι σὺν Ὠκεανοῦ βαθυκόλποις,
Ἄνθεά τ' αἰνυμένην, ῥόδα, καὶ κρόκον, ἠδ' ἴα καλὰ,
Λειμῶνα μαλακὸν, καὶ ἀγαλλίδας, ἠδ' ὑάκινθον,
Νάρ-

1. Δήμητρ'] Eodem initio eſt Hymnus in Cererem, tribus tantum verſibus conſtans, inter Homericos n. X. Δήμητρ' ἠΰκομον, σεμνὴν θεὸν, ἄρχομ' ἀείδειν, Αὐτὴν, καὶ κούρην περικαλλέα Περσεφόνειαν.

2. Αὐτὴν, ἠδὲ θύγατρα] Poſt αὐτὴν interpunxi, ut ad Cererem referatur, non ad Proſerpinam, ut in MS. Il. B. 761. Τίς τ' ἂρ τῶν ὄχ' ἄριστος ἔην, σύ μοι ἔννεπε, Μοῦσα, Αὐτῶν, ἠδ' ἵππων. Sic etiam interpungendum Il. N. 331.

Ibid. Ἣν Ἀϊδωνεὺς] Iisdem prope verbis Heſiodus Theog. 913. Ἣ τέκε Περσεφόνην λευκώλενον, ἣν Ἀϊδωνεὺς Ἥρπασε ἧς παρὰ μητρὸς, ἔδωκε δὲ μητίετα Ζεύς.

4. Χρυσαόρου] Χρυσάορος, perpetuum Apollinis epitheton, nullo modo convenit Cereri. Legendum: Νόσφιν Δήμητρος χρυσοθρόνου· ἀγλαοκάρπου.

6. Ἄνθεά τ' αἰνυμένην] Moſchus Eid. II. 65. Τῶν ἡ μὲν νάρ-

Νάρκισσόν θ᾽, ὃν φῦσε δόλον καλυκώπιδι κούρῃ
Γαῖα Διὸς βουλῇσι χαριζομένη Πολυδέκτῃ,

Θαυ-

νάρκισσον ἰσόπυρον, ἡ δ᾽ ὑάκινθον, Ἡ δ᾽ ἴον, ἡ δ᾽ ἕρπυλλον ἀπαίνυτο. Sed totus ille locus comparandus.

7. Λειμῶνα μαλακὸν] Scribendum, ut ſententia conſtet: Λειμῶν᾽ ἂν μαλακόν. Infra vſ. 176. Ἄλλοντ᾽ ἂν λειμῶνα Κορεσσάμεναι φρένα φορβῇ. Ovid. Faſt. IV. 425. *Filia, conſuetis ut erat comitata puellis, Errabat nudo per ſua prata pede.*

7. Ἀγαλλίδας] Nicander apud Athen. XV. p. 683. E. Ἴρις δ᾽ ἐν ῥίζῃσιν ἀγαλλίδι ἠδ᾽ ὑακίνθῳ Αἰαστῇ προσέοικε. Sic locum bene correxit Sopingius ad Heſych. v. Ἀγαλλίς.

8. Νάρκισσόν θ᾽] Ne cui Poëta nimius in hoc narciſſo deſcribendo videatur, ſcire licet, eum vulgi hac de re fabulas ſecutum eſſe. Pamphus, cujus Hymnum in Cererem Homerus ſaepe ob oculos habuit, apud Pauſaniam in Boeot. 31. tradit, Κόρην τὴν Δήμητρος ἁρπασθῆναι παίζουσαν καὶ ἄνθη συλλέγουσαν· ἁρπασθῆναι δὲ οὐκ ἴοις ἀπατηθεῖσαν, ἀλλὰ ναρκίσσοις. Eodem reſpexit Sophocles Oed. Col. 673. Θάλλει δ᾽ οὐρανίας ὑπ᾽ ἄχνας Ὁ καλλιβότρυς κατ᾽ ἦμαρ αἰεὶ Νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν ἀρχαῖον στεφάνωμα. ubi vide Scholiaſt.

Ibid. Καλυκώπιδι] MS. καλικώπιδι.

9. Πολυδέκτῃ] Non ſemel Pluto a Poëta noſtro πολυδέκτης & πολυδέγμων, *multos recipiens*, vocatur. Quod nomen an apud alios poëtas reperiatur, neſcio. Sed ſatis illud confirmat Cornutus loco appoſitiſſimo de N. D. 35. ἐπονομάζεται δὲ ἐπιθετικῶς καὶ πολυδέκτης, καὶ πολυδέγμων, καὶ πολύαρχος. Forte πολυδέγμων reddendum Orpheo Hymno in Plutonem vſ. 11. p. 210. ubi nunc editur, quod non intelligo: Ὃς κρατέεις θνητῶν θανάτου χάριν, ὦ πολυδαῖμον. Nihil differt Ἀιδης πανδοκεὺς apud Lycophron. 655. *Capacem Orcum* Horatio II. Carm. 18. 30. reſtituit R. Bentlejus. Simile Plutonis epitheton eſt νεκροδέγμων apud Aeſchyl. Prometh. 153.

Θαυμαστὸν γανόωντα, σέβας τότε πᾶσιν ἰδέσθαι
Ἀθανάτοις τε θεοῖς ἠδὲ θνητοῖς ἀνθρώποις·
Τοῦ καὶ ἀπὸ ῥίζης ἑκατὸν κάρα ἐξεπεφύκει,
Κῶδις τ᾽. ὀδμῇ πᾶς δ᾽ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε
Γαῖά τε πᾶσ᾽ ἐγέλασε καὶ ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης.
Ἡ δ᾽ ἄρα θαμβήσασ᾽ ὠρέξατο χερσὶν ἅμ᾽ ἄμφω

Κα-

10. Σέβας τότε πᾶσιν] Cl. Wyttenbachius malit: σέβας δέ τε πᾶσιν &c. Certe τότε friget.

12. Τοῦ καὶ ἀπὸ ῥίζης] Eadem forma Il. Α. 249. Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. ex quo Hermippus apud Athen. I. p. 29. F. Οὗ καὶ ἀπὸ στόματος στάμνων ἀνοιγομενάων Ὄζει ἴων. Cum sequentibus compares Il. Δ. 109. Τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει. ubi κέρα pro κέρατα ponitur, ut h. l. κάρα pro κάρατα. Sic δέπα pro δέπατα Od. Ο. 465. σφέλα pro σφέλατα Od. Ρ. 231. σκέπα pro σκέπατα Hesiod. Ἔ. κ. Ἡ. 532. ἄλειφα pro ἀλείφατα Callim. Fr. 12. γοῦνα pro γούνατα Aratus Phaen. 521. κρέα pro κρέατα passim. Conf. Ep. Cr. II. p. 178.

13. Κῶδις τ᾽.] Κωδὶς pro κωδεία est apud Hesychium, sed non aptum huic loco. Repone: Κηώδει δ᾽ ὀδμῇ πᾶς τ᾽ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε. Emendationem nostram secutus est Brunckius, elegantissimi vir ingenii, ad Apollon. Rhod. IV. 1171. Ut hic γελᾶν ὀδμῇ, sic γελᾶν ὀπὶ apud Hesiodum Theog. 40. γελᾷ δέ τε δώματα πατρὸς Ζηνὸς ἐριγδούποιο, θεᾶν ὀπὶ λειριοέσσῃ σκιδναμένῃ. Catullus quomodo hunc locum imitatus sit, in Praefatione ostendimus. Ceterum juvabit cum hoc loco contulisse Il. Ξ. 174.

15. Χερσὶν ἅμ᾽ ἄμφω] Ἄμφω indeclinabile est, sicut δύω. Vide Cl. Brunckium ad Apollon. Rhod. I. 1169.

Καλὸν ἄθυρμα λαβεῖν. χάνε δὲ χθὼν εὐρυάγυια
Νύσιον ἂμπεδίον, τῇ ὄρουσεν ἄναξ Πολυδέγμων
Ἵπποις ἀθανάτοισι, Κρόνου πολυώνυμος υἱός.
Ἁρπάξας δ' ἀέκουσαν ἐπὶ χρυσέοισιν ὄχοισιν
Ἦγ' ὀλοφυρομένην, ἰάχησε δ' ἄρ' ὄρθια φωνῇ,

Κε-

16. Καλὸν ἄθυρμα] Sic Anacreon Od. 53. rosam vocat Ἀφροδίσιον ἄθυρμα. Nicander Alexiph. 234. τοῖά περ ὧραι Εἰαριναὶ φορέουσιν ἐνεψιήματα κούραις. Idem apud Athen. II. p. 51. E. Καὶ μορέης ἢ παισὶ πέλει μείλιγμα νέοισι. Catull. Carm. LX. 22. *ramulis, Quos Hamadryades deae Ludicrum sibi roscido Nutriunt humore.* ubi Is. Vossius in voce *ludicrum*, quae nil nisi *oblectamentum* significat, argutatur. Vide D. Heinsium Lect. Theocr. 21. p. 368.

17. Νύσιον ἂμπεδίον] Magna scriptorum veterum de loco, ubi Proserpina rapta sit, dissensio est. Alii enim Atticam, alii Argolidem, alii Arcadiam, plerique Siciliam fuisse tradunt. Quorum testimonia collecta a Spanhemio ad Callim. H. in Cerer. 9. nihil attinet repetere. His adde Orpheum Argon. 1194. qui raptum in occidentali litore Hispaniae ponit, ut placet Gesnero Prael. I. de navig. extra col. Hercul. p. 432. item Propertium III. 21. 4. qui in Mysia circa Cyzicum; denique Tzetzen ad Hesiod. Ἐργ. καὶ Ἡμ. 33. qui in Creta. Ab his omnibus discrepat Homerus, raptum in campis Nysiis locans. Verum cum tot urbes Nysae nomen habuerint, quaenam ex his intelligenda? Nempe Nysa Cariae, ubi raptam Proserpinam dicit Strabo XIV. p. 960. & numi veteres apud Spanhem. l. c. confirmant.

20. Ὄρθια φωνῇ] Infra vs. 432. ἐβόησα δ' ἄρ' ὄρθια φωνῇ. Utroque loco Codex MS. male ὀρθία. Il. Λ. 11. Ἔνθα στᾶσ' ἤϋσε θεὰ μέγα τε, δεινόν

τε,

Κεκλομένη πατέρα Κρονίδην ὕπατον καὶ ἄριστον.
Οὐδέ τις ἀθανάτων, οὐδὲ θνητῶν ἀνθρώπων
Ἤκουσεν φωνῆς, οὐδ' ἀγλαόκαρποι ἐλαῖαι,
Εἰ μὴ Περσαίου θυγάτηρ ἀταλὰ φρονέουσα

ἀγλαόκαρπος, Ἀλωὰς reponit Schutzius. Villois. Epi. Vin. p. 62.

Ἀΐεν

νι, Ὄρθι' Ἀχαιοῖσιν. Apollon. Rhod. IV. 70. Ὀξείῃ δ' ἤπειλα διὰ κνέφας ὄρθια φωνῇ Ὁπλότατον Φρίξοιο περαιόθεν ἤπυε παίδων. Hinc tragicum verbum ὀρθιάζειν, de quo H. Valesius ad Harpocrat. p. 16.

23. Οὐδ' ἀγλαόκαρποι ἐλαῖαι] Bene quidem ἐλαῖαι ἀγλαόκαρποι dicuntur, ut ab Oppiano Ἁλιευτ. IV. 272. Ἔνθα γὰρ ἀγλαόκαρπος ἁλὸς σχεδὸν ἔστιν ἐλαίη. Sed quid ad rem oleae? Lege: οὐδ' ἀγλαόμορφοι ἑταῖραι. Intelliguntur filiae Oceani, Proserpinae comites, de quibus vs. 5. De voce ἑταῖραι mihi convenit cum viris doctissimis, Fonteinio, Wyttenbachio, Brunckio, Eldikio, &c. Ἀγλαόκαρποι, est, qui servare malit, propterea quod Thetis ἀγλαόκαρπος dicitur a Pindaro Nem. III. 97. Νύμφευσε δ' αὖθις ἀγλαόκαρπον Νηρέως θύγατρα. Sed Thetis sic vocatur ob partum Achillis. καρπὸς enim cum similibus verbis eleganter ad liberos transfertur. Vide Gatakerum de Stylo N. T. cap. 11. p. 71. Sic θάλος pro filia, Od. Z. 157. & in hoc Hymno vs. 66 item ὄρπηξ & στάχυς pro filio. Orpheus Argon. 213. Ναὶ μὴν καὶ δισσοὶ ὄρπηκες ἀμύμονες ἦλθον. Oppian. Ἁλιευτ. II. 683. Θεσπέσιός τε πατὴρ καὶ φαίδιμος ὄρπηξ. Rursus Orpheus ibid. 216. Δισσὸν δ' αὖ Βορέου καλὸν στάχυν εἰσενόησα. quod, etsi veteris elegantiae est, tamen nuper aliquis tanquam novum & barbarum exagitavit. Adde Is. Casaubonum Lect. Theocr. 20. p. 279.

24. Περσαίου] Περσαῖος ab Homero dicitur, qui ab Hesiodo Theog. 409. & Apollodoro l. 2. p. 5. Πέρσης, frequenti talium formarum permutatione. Hinc Hecate Περσηΐς, vel Περσεία, ut in veteri monumento apud Dor-

Αἶεν ἐξ ἄντρου Ἑκάτη λιπαροκρήδεμνος,
Ἠέλιός τε ἄναξ, Ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱὸς,
Κούρης κεκλομένης πατέρα Κρονίδην. ὁ δὲ νόσφιν
Ἧστο θεῶν ἀπάνευθε πολυκλίστῳ ἐνὶ νηῷ,
Δέγμενος ἱερὰ καλὰ παρὰ θνητῶν ἀνθρώπων.

Τὴν

villium ad Charit. p. 48. Quae posterior forma Orphei Hymno in Hecaten, qui in editionibus, etiam Gesneriana, temere cum Εὐχῇ πρὸς Μουσαῖον coaluit, e libro MS. restituta est a Guil. Cantero Novar. Lect. II. 3. Id quod, praeter alia multa, Gesnerum latuit in Orphicis edendis. Sed quoniam de Hecate agimus, corrigamus Bacchylidis fragmentum apud Schol. Apollon. Rh. III. 467. Βακχυλίδης δὲ Νυκτός φησιν Ἑκάτην θυγατέρα· Ἑκάτα δᾳδοφόρου Νυκτὸς μεγαλοκόλπου θύγατερ. Scribe: Ἑκάτα δᾳδοφόρος. Hanc enim δᾳδοφόρον esse, vel hic Homeri Hymnus docet vs. 52. Ἤντετο οἱ Ἑκάτη, σέλας ἐν χείρεσσιν ἔχουσα. Vide Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 11.

Ibid. Ἀταλὰ φρονέουσα] Il. Σ. 567. ἠΐθεοι, ἀταλὰ φρονέοντες. In Hesiodo Theog. 989. editur: παῖδ' ἁπαλὰ φρονέοντα. Sed MS. Paris. habet ἀταλὰ, ut Gujetus scribi volebat.

25. Ἐξ ἄντρου] Hecates antrum, Zerynthus in Samothrace erat. Vide Lycophron. 77. & ibi Meursium. Sed id longius remotum a Nysa Cariae, quam ut hic intelligi possit.

28. Πολυκλίστῳ ἐνὶ νηῷ] Legendum, πολυλλίστῳ ἐνὶ νηῷ, ut H. in Apoll. 347. Ἀλλ' ἥ γ' ἐν νηοῖσι πολυλλίστοισι μένουσα Τέρπετο οἷς ἱεροῖσι βοῶπις πότνια Ἥρη. ubi in Cod. Moscov. eodem errore scribitur πολυκλίστοισι.

29. Δέγμενος ἱερὰ] H. in Apoll. 274. Δέξαι ἱερὰ καλὰ περικτιόνων ἀνθρώπων.

Τὴν δ' ἀεκαζομένην ἦγε Διὸς ἐννεσίῃσι
Πατροκασίγνητος πολυσημάντωρ Πολυδέγμων
Ἵπποις ἀθανάτοισι, Κρόνου πολυώνυμος υἱός.
Ὄφρα μὲν οὖν γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
Λεῦσε θεὰ, καὶ πόντον ἀγάῤῥοον ἰχθυόεντα,
Αὐγάς τ' ἠελίου, ἔτι δ' ἤλπετο μητέρα κεδνὴν
Ὄψεσθαι, καὶ φῦλα θεῶν αἰειγενετάων,
Τόφρα οἱ ἐλπὶς ἔθελγε μέγαν νόον ἀχνυμένης περ.
Ἤχησαν δ' ὀρέων κορυφαὶ καὶ βένθεα πόντου
Φωνῇ ὑπ' ἀθανάτῃ. τῆς δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ.
Ὀξὺ δέ μιν κραδίην ἄχος ἔλαβεν, ἀμφὶ δὲ χαίταις
Ἀμβροσίαις κρήδεμνα δαΐζετο χερσὶ φίλῃσι,

Κυα-

34. Λεῦσε] Sic Codex MS. per simplex σ, ut saepe scribitur alibi. Sed λεύσσω praefert Cl. Brunckius ad Apoll. Rhod. I. 1307.

35. Ἤλπετο] Ἤλπετο intellige *putabat*, *cogitabat*; ne frigeat, quod sequitur, Τόφρα οἱ ἐλπὶς ἔθελγε. Ἔλπεσθαι & ἐλπίζειν centies sic dici, nemo Graece doctus ignorat. Simillimus locus Od. Υ. vs. 328. Ὄφρα μὲν ὑμῖν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἐώλπει Νοστῆσαι Ὀδυσῆα πολύφρονα ὅνδε δόμονδε, Τόφρ' οὔτις νέμεσις &c.

41. Χερσὶ φίλῃσι] MS. a manu prima, χερὶ φίλῃ.

42. Κυάνεον δὲ κάλυμμα] Il. Ω. 93.

Κυάνεον δὲ κάλυμμα κατ' ἀμφοτέρων βάλετ' ὤμων,
Σεύατο δ', ὥς τ' οἰωνὸς, ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρὴν
Μαιομένη. τῇ δ' οὔτις ἐτήτυμα μυθήσασθαι
Ἤθελεν, οὔτε θεῶν, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων,
Οὔτ' οἰωνῶν τις τῇ ἐτήτυμος ἄγγελος ἦλθεν.
Ἐννῆμαρ μὲν ἔπειτα κατὰ χθόνα πότνια Δηὼ
Στρωφᾶτ', αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχουσα,
Οὐδέ ποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἡδυπότοιο

Πάσ-

Ω. 93. κάλυμμ' ἕλε δῖα θεάων Κυάνεον, τοῦ δ' οὔτι μελάντερον ἔπλετο ἔσθος.

43. Ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρὴν] Il. Ξ. 308. οἵ μ' οἰσουσιν ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν.

46. Οὔτ' οἰωνῶν τις] Hunc versum, caesura & rhythmo carentem, ita restituit doctissimus Brunckius: Οὔτε τις οἰωνῶν οἱ ἐτήτυμος ἄγγελος ἦλθεν. cujus correctionem probat Valckenarius noster. Οἰωνὸς est avis auguralis, ex cujus auspicio aliquid certi intelligatur, ut loco simili H. in Mercur. 213. Οἰωνὸν δ' ἐνόησε τανυσίπτερον· αὐτίκα δ' ἔγνω Φιλητὴν γεγαῶτα Διὸς παῖδα Κρονίωνος. Sic Polyidus vates ex avis volatu, ubi Glauci corpus situm esset, intellexit. Vide Euripidei Polyidi Fragmentum in praeclara illa Diatriba Valckenariana cap. XIX. p. 201.

Ibid. Ἐτήτυμος ἄγγελος] Il. Χ. 438. οὐ γάρ οἱ τις ἐτήτυμος ἄγγελος ἐλθὼν Ἤγγειλ'.

48. Αἰθομένας δαΐδας] Od. Η. 101. Ἕστασαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες.

49. Καὶ νέκταρος ἡδυπότοιο Πάσσατ' ἀκηχ.] Ita hunc locum

Πάσσατ' ἀκηχεμένη, ἐδὲ χρόα βάλλετο λυτροῖς.
Ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη οἱ ἐπήλυθε φαινόλη ἠώς,
Ἤντετό οἱ Ἑκάτη, σέλας ἐν χείρεσσιν ἔχουσα,
Καί ῥά οἱ ἀγγελέουσα ἔπος φάτο φώνησέν τε·
Πότνια Δημήτηρ, ὡρηφόρε, ἀγλαόδωρε,
Τίς θεῶν οὐρανίων ἠὲ θνητῶν ἀνθρώπων
Ἥρπασε Περσεφόνην, καὶ σὸν φίλον ἤκαχε θυμόν;

Φω-

cum correximus. Codex MS. mendose: καὶ νέκταρος ἠδὲ πότοιο Πᾶσσα τ' ἀκηχεμένη. Od. I. 87. Αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιο τ' ἐπασσάμεθ', ἠδὲ ποτῆτος. In verbo πάσσομαι, *edo*, sigma duplicandum esse, docet Cl. Ernestus ad Callim. H. in Cer. 69. 128. Homericum quoque est σῖτος ἠδὲ ποτός. Eandem rem sic expressit Callimach. H. in Cer. 17. Αὐσταλέα, ἄποτός τε· καὶ οὐ φάγες, οὐδ' ἐλοέσσω. & Poëta noster vs. 200. ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος.

50. Βάλλετο λυτροῖς] Βάλλειν interdum *adspergendi* vim habet. Il. Λ. 536. Ἃς ἄρ' ἀφ' ἱππείων ὁπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον. Il. Ψ. 502. Αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον. quo respiciens Hesychius ἔβαλλον explicat ἔρραινον. Aeschyl. Agam. 1400. Βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου. Vereor tamen, ne βάλλετο vitiosum sit.

51. Φαινόλη ἠώς] Lege, φαινολὶς ἠώς, ut in notissimo illo Sapphonis: Ἕσπερε πάντα φέρεις, ὅσα φαινολὶς ἐσκέδασ' αὔως. Hesychius: Φαινολίς, λαμπρὰ, φωσφόρος.

54. Ὡρηφόρε] Cod. MS. hoc loco habet ὡριφόρε, vs. 193. ὡραφόρος, sed recte vs. 497. ὡρηφόρε, quod recepi. Haec vox cum aliis pluribus hujus Hymni, Lexicis addatur.

Φωνῆς γὰρ ἤκουσ᾽, ἀτὰρ οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν,
Ὅστις ἔην· σοὶ δ᾽ ὦκα λέγω νημερτέα πάντα.
Ὣς ἄρ᾽ ἔφη Ἑκάτη. τὴν δ᾽ οὐκ ἠμείβετο μύθῳ
Ῥείης ἠϋκόμου θυγάτηρ, ἀλλ᾽ ὦκα σὺν αὐτῇ
Ἤϊξ᾽, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχουσα.
Ἠέλιον δ᾽ ἵκοντο, θεῶν σκοπὸν ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
Στὰν δ᾽ ἵππων προπάροιθε, καὶ εἴρετο δῖα θεάων·
Ἠέλι᾽, αἴδεσσαί με θεᾶς ὕπερ, εἴ ποτε δή σευ

Ἠ

57. Φωνῆς γὰρ ἤκουσ᾽] Cl. Waſſenbergius malit: Φωνῆς γὰρ μὲν ἄκουσ᾽. Tamen γὰρ in caeſura producitur Od. Δ. 826. Τοίη γάρ οἱ πομπὸς ἅμ᾽ ἔρχεται. Ceterum geminus locus eſt H. in Mercur. 208. Παῖδα δ᾽ ἔδοξα, φέριστε, σαφὲς δ᾽ οὐκ οἶδα νοῆσαι, Ὅστις ὁ παῖς. ubi reponendum videtur: Παῖδα δ᾽ ὄπωπα, φέριστε, &c.

62. Θεῶν σκοπὸν] Hoc loco confirmatur ſcriptura Aeſchyli Prometh. 91. Καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ. Ubi Stanlejus πάνοπτον legere malebat, immemor ſimilium locorum Choëph. 985. Fragm. p. 643. Pindarus apud Dionyſ. Hal. de Demoſth. p. 167. Ἀκτὶς ἀελίου πολύσκοπε. Ante quos omnes Homerus Il. Γ. 277. Ἠέλιός θ᾽, ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς, καὶ πάντ᾽ ἐπακούεις. Apud Ovidium etiam Faſt. IV. 581. Ceres jubetur ex Sole quaerere, quis Proſerpinam rapuerit: *Solem de virgine rapta Conſule, qui late facta diurna videt.*

63. Στὰν δ᾽ ἵππων] Il. Ω. 286. Στῆ δ᾽ ἵππων προπάροιθεν.

64. Αἴδεσσαί με θεᾶς ὕπερ] Vir egregius, P. Fonteinius legebat: Ἠέλι᾽, αἴδεσσαί με Διὸς ὕπερ, *per Jovem.* Od. Ο. 261.

Ἠ ἔπει, ἢ ἔργῳ κραδίην καὶ θυμὸν ἴηνα·
Κούρην τὴν ἔτεκον, γλυκερὸν θάλος, εἴδεϊ κυδρήν,
Τῆς ἀδινὴν ὄπ᾽ ἄκουσα δι᾽ αἰθέρος ἀτρυγέτοιο
Ὥστε βιαζομένης, ἀτὰρ οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν.
Ἀλλὰ, σὺ γὰρ δὴ πᾶσαν ἐπὶ χθόνα καὶ κατὰ πόντον
Αἰθέρος ἐκ δίης καταδέρκεαι ἀκτίνεσσι,
Νημερτέως μοι ἔνισπε, φίλον τέκος, εἴ που ὄπωπας,
Ὅστις νόσφιν ἐμοῖο λαβὼν ἀέκουσαν ἀνάγκῃ
Οἴχεται ἠὲ θεῶν ἢ καὶ θνητῶν ἀνθρώπων.
Ὣς φάτο. τὴν δ᾽ Ὑπεριονίδης ἠμείβετο μύθῳ·

Ῥείης

261. Λίσσομ᾽ ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος. Apollon. Rh. III. 701. Λίσσομ᾽ ὑπὲρ μακάρων.

Ibid. Εἴ ποτε δή σευ] Il. Α. 37. Κλῦθί μευ — εἴ ποτέ τοι χαρίεντ᾽ ἐπὶ νηὸν ἔρεψα, Ἢ εἰ δή ποτέ σοι κατὰ πίονα μηρί᾽ ἔκηα. & ibid. 395. εἴ ποτε δή τι Ἢ ἔπει ὤνησας κραδίην Διὸς, ἠὲ καὶ ἔργῳ. Infra hoc Hymno vſ. 117. Αἴ κέ σε φίλωνται ἠμὲν ἔπει, ἠδὲ καὶ ἔργῳ.

70. Καταδέρκεαι]. MS. male καταδέρκεται. Od. Λ. 15. οὐδέ ποτ᾽ αὐτοὺς Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν. ex quo Aeſchylus Prometh. 795. ἃς οὔθ᾽ ἥλιος προσδέρκεται ἀκτῖσιν.

71. Ὄπωπας] Sic ſcripſi pro ὄπωπεν, quod erat in MS. Od. Γ. 92. αἴκ᾽ ἐθέλῃσθα Κείνου λυγρὸν ὄλεθρον ἐνισπεῖν, εἴ που ὄπωπας.

72. Νόσφιν ἐμοῖο] Malim, ἐμεῖο. De horum pronominum differentia ſaepe diſputat Brunckius ad Apollon. Rhod.

Ῥείης ἠϋκόμου θυγάτηρ, Δημῆτερ ἄνασσα,
Εἰδήσεις. δὴ γὰρ μέγα ἅζομαι ἠδ' ἐλεαίρω
Ἀχνυμένην περὶ παιδὶ τανυσφύρῳ. οὐδέ τις ἄλλος
Αἴτιος ἀθανάτων, εἰ μὴ νεφεληγερέτα Ζεύς,
Ὅς μιν ἔδωκ' Ἀΐδῃ θαλερὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν
Αὐτοκασιγνήτῳ· ὁ δ' ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα
Ἁρπάξας ἵπποισιν ἄγεν μεγάλα ἰάχουσαν.
Ἀλλά, θεά, κατάπαυε μέγαν γόον. οὐδέ τι σε χρὴ
Μὰψ αὔτως ἄπλητον ἔχειν χόλον· οὔτοι ἀεικὴς

Γαμ-

76. Μέγα ἅζομαι] Est, qui hiatu offensus, σ' ἅζομαι scribat. Sed sic Hesiodus Theog. 532. Ταῦτ' ἄρα ἁζόμενος τίμα ἀριδείκετον υἱόν.

77. Οὐδέ τις ἄλλος] Od. Θ. 311. ἀτὰρ οὔτι μοι αἴτιος ἄλλος, Ἀλλὰ τοκῆε δύω.

79. Θαλερὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν] Il. Σ. 268. Δώσω ὀπυιέμεναι, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.

81. Μεγάλα ἰάχουσαν] Od. I. 392. Εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτει μεγάλα ἰάχοντα. De hoc hiatu vide Clarkium ad Il. Δ. 456.

83. Μὰψ αὔτως ἄπλητον] Legendum videri possit: Μὰψ αὔτως ἀτέλεστον ἔχειν χόλον. ut Od. Π. 110. καὶ σῖτον ἔδοντας Μὰψ αὔτως ἀτέλεστον, ἀνηνύστῳ ἐπὶ ἔργῳ. praesertim cum vox ἄπλητος non sit Homerica. Verum, ne dicam, alias etiam voces, quae non sunt in Homeri carminibus, in hoc Hymno reperiri, ἄπλητος quam accommodate cum χόλος jungatur, ostendit Hesiodus Theog. 315. Ἄπλητον κοτέουσα βίῃ Ἡρακληείῃ. Idem aliis locis ἄπλητος posuit pro *vasto, immani*. Asp. 147. Τῷ

καὶ

Γαμβρὸς ἐν ἀθανάτοις πολυσημάντωρ Ἀϊδωνεὺς,
Αὐτοκασίγνητος καὶ ὁμόσπορος. ἀμφὶ δὲ τιμὴν
Ἔλλαχεν, ὡς τὰ πρῶτα διάτριχα δασμὸς ἐτύχθη;

Τοῖς

καὶ ὑδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων, Δεινῶν, ἀπλήτων. ubi vide Graevium. Simonides in Stobaeo Grotii p. 313. ἀλλὰ μαίνεται τότε Ἄπλητον, ὥσπερ ἀμφὶ τέκνοισιν κύων. Idem & origine & ſignificatione eſt ἄπλατος, quod interdum cum altero permutatur, ut apud Heſiod. Theog. 135. ubi pro Ἰσχὺς δ' ἄπλατος, κρατερὴ, Codex Reg. quem Pariſiis contuli, ἄπλητος habet. Ceterum ἄπλητος eximendum eſt Epigrammati apud Steph. Byz. v. Θούριοι· Ἡρόδοτον Λυξέω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα, Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν, Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο. τὸν γὰρ ἄπλητον Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην. ubi cum MSS. ἄπλητος habeant, ſcribendum: τῶν δ' ἄρ' ἄδηκτος Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν, Θούριον ἔσχε πάτρην.

83. Οὔτοι ἀεικὴς] Fonteinius ſcribit, οὐ τῷ, ſcil. Jovi. Ovid. Faſt. IV. 597. *Juppiter hanc lenit, factumque excuſat amore; Nec gener eſt nobis ille pudendus, ait. Non ego nobilior. poſita eſt mihi regia coelo. Poſſidet alter aquas: alter inane chaos.* Met. V. 526. *neque erit nobis gener ille pudori. — ut deſint cetera, quantum eſt Eſſe Jovis fratrem! quid quod nec cetera deſunt; Nec cedit niſi ſorte mihi.*

86. Ὡς τὰ πρῶτα διάτριχα] Il. Ο. 189. Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς. Propius accedit Heſiod. Theog. 425. Ἀλλ' ἔχει ὡς τὸ πρῶτον ἀπ' ἀρχῆς ἔπλετο δασμός. Callimach. H. in Jov. 61. Φάντο πάλοι Κρονίδῃσι διάτριχα δώματα νεῖμαι. ubi nihil cauſſae eſſe, quare cum Spanhemio & Erneſto διὰ τρίχα legatur, hic Homeri locus oſtendit. Eorum tamen ratio placet Brunckio V. C. ad Apoll. Rh. II. 997.

87. Τοῖς μεταναίεται] Mendoſum verſum ita corrigebat Cl. Valckenarius: Τῶν μέτα ναιετάειν, ὧν ἔλλαχε κοίρανος

Τοῖς μετὰ ναίεται τῶν ἔλλαχε κοίρανος εἶναι.
Ὡς εἰπὼν, ἵπποισιν ἐκέκλετο. τοὶ δ᾽ ὑπ᾽ ὀμοκλῆς
Ῥίμφα φέρον θοὸν ἅρμα, τανύπτεροι ὥς᾽ οἰωνοί.
Τὴν δ᾽ ἄχος αἰνότερον καὶ κύντερον ἵκετο θυμόν.
Χωσαμένη δ᾽ ἤπειτα κελαινεφέϊ Κρονίωνι,
Νοσφισθεῖσα θεῶν ἀγορὴν καὶ μακρὸν Ὄλυμπον,
Ὤιχετ᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώπων πόλιας καὶ πίονα ἔργα,

Εἰ-

ρανος εἶναι. Vere, ut opinor. Brunckio autem nostro hic versus loco motus, & post vs. 81. reponendus videtur. Quam commodiorem sedem esse, facile concedo.

88. Τοὶ δ᾽ ὑπ᾽ ὀμοκλῆς] Plane ut Hesiod. Asp. 340. Σμερδαλέον θ᾽ ἵπποισιν ἐκέκλετο. τοὶ δ᾽ ὑπ᾽ ὀμοκλῆς Ῥίμφ᾽ ἔφερον θοὸν ἅρμα, κονίοντες πεδίοιο. Il. Λ. 532. τοὶ δὲ, πληγῆς ἀΐοντες, Ῥίμφ᾽ ἔφερον θοὸν ἅρμα. Notandum est, ὀμοκλῆς cum in Hymno nostro, tum apud Hesiodum, sine adspiratione scribi; quod Iones faciunt in ἴρηξ, ὀδὸς pro ὁδὸς, ὄρος pro ὅρος. &c. Vide Eustath. ad Il. N. p. 920. Od. P. p. 1815. In compositis verbis idem fieri, docet Hemsterhusius in Auctar. Emend. Hesych. v. Κακόβας.

89. Ῥίμφα φέρον] Malim, Ῥίμφ᾽ ἔφερον, ut apud Homerum & Hesiodum locis allatis.

90. Αἰνότερον καὶ κύντερον] Od. Λ. 426. Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός. Utrumque vocabulum etiam conjungitur vs. 306.

92. Νοσφισθεῖσα θεῶν] Vir doctus legere tentabat: Νόσφιν ἰοῦσα θεῶν ἀγορῆς κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον. Est tamen ἀπονοσφίζεσθαι cum accusativo H. in Mercur. 559.

Ἦν

Εἶδος ἀμαλδύνουσα πολὺν χρόνον. οὐδέ τις ἀνδρῶν
Εἰσορόων γίνωσκε, βαθυζώνων τε γυναικῶν,
Πρίν γ' ὅτε δὴ Κελεοῖο δαΐφρονος ἵκετο δῶμα,
Ὃς τότ' Ἐλευσῖνος θυοέσσης κοίρανος ἦεν.
Ἕζετο δ' ἐγγὺς ὁδοῖο, φίλον τετιημένη ἦτορ,

Παρ-

Ἣν δ' ἀπονοσφισθεῖσι θεῶν ἠδεῖαν ἰδανδήν.

94. Εἶδος ἀμαλδύνουσα] Inſcriptio vetus apud R. Chandlerum p. 5. Γρηῒ δὲ θνήκαλο μὲν πάντ' ἴκελον.... Κάλλος ἀμαλδύνουσα καὶ ἀγλαΐην. ἐρατεινήν. Sic ſcribendum. Ne Graecum quidem eſt, quod editur: Κάλλος ἀπαλλύνασα καὶ ἀγλαΐην ἐρατεινήν. Idem verbum reſtituendum Heſychio: Ἀμυδάναι. κρύψαι. Lege: Ἀμαλδῦναι. Gloſſa pertinet ad Il. M. 18. Δὴ τότε μητιόωντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων Τεῖχος ἀμαλδῦναι.

96. Κελεοῖο] De Celeo omnia collegit Jo. Meurſii diligentia Athen. Att. III. 1. & Att. Lect. IV. 21. Patrem ejus Eleuſinem vocat Homerus vſ. 105. quem inter heroës Atticos referunt Pauſan. in Attic. 38. & Libanius T. I. p. 550. & Triptolemi patrem edunt Panyaſis apud Apollodor. I. p. 15. & Hyginus Fab. 147. Contra Suidas v. Ῥαριὰς, Celei patrem Rharum appellat. Ita nihil certi in his genealogiis.

98. Τετιημένη ἦτορ] Il. Θ. 436. Αὐταὶ δὲ χρυσέοισιν ἐπὶ κλισμοῖσι κάθιζον Μίγδ' ἄλλοισι θεοῖσι, φίλον τετιημέναι ἦτορ.

99. Παρθενίῳ φρέατι] Pamphus, quem fere Homerus in hac fabula narranda ſecutus videtur, hunc fontem Ἄνθιον vel Ἄνθιμον vocat. Pauſan. in Attic. 39. Τιούτῃ ἐρχομένοις τὴν ὁδὸν, φρέαρ ἐστὶν Ἄνθιον καλούμενον· ἐποίησε δὲ Πάμφως ἐπὶ τούτῳ τῷ φρέατι καθῆσθαι Δήμητρα μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς παιδὸς, γραῒ εἰκασμένην. Ego vero vix dubitem, quin Pamphus, & ex

eo

Παρθενίῳ Φρέατι, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται,
Ἐν σκιῇ, αὐτὰρ ὕπερθε πεφύκει θάμνος ἐλαίης,
Γρηῒ παλαιγενέϊ ἐναλίγκιος, ἥ τε τόκοιο
Εἴργηται, δώρων τε φιλοστεφάνου Ἀφροδίτης,
Οἷαί τε τροφοί εἰσι θεμιστοπόλων βασιλήων

Παι-

eo Pausanias, Παρθένιον scripserint, sicut Homerus. Παρθενίῳ nomen fons traxit a pura & integra aqua; quam ut Latini *virginem*, sic Graeci παρθένον dicebant. Aeschyl. Pers. 615. Λιβάσιν ὑδρηλαῖς παρθένου πηγῆς μέτα. Vide Cl. Valckenar. ad Euripid. Hippol. 1005. Alii Cererem in fonte Callichoro, vel prope illum in πέτρᾳ Ἀγελάστῳ, consedisse dicunt. Vide Meursium Eleusin. cap. 3. & Interpretes ad Callim. H. in Cerer. 16. Ab his omnibus diversus Etymologus M. p. 96. l. 29. scribit: Ἀνακληθρίς, πέτρα ἐν Μεγάροις, ὅτι ἡ Δήμητρα καθεσθεῖσα ἐπ' αὐτῆς, ἀνεκαλεῖτο τὴν Κόρην· καὶ ἐκ τῆς ἀνακλήσεως τὴν πέτραν Ἀνακληθρίδα καλοῦσιν.

99. Ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται] Idem hemistichium est Od. H. 131. ubi prava lectio ὑδρεύοντε, qua nonnulli usi sunt, ut diphthongos ante consonantes corripi posse ostenderent, hujus etiam Hymni auctoritate repudiatur.

101. Γρηῒ παλαιγενέϊ] Il. Γ. 386. Γρηῒ δέ μιν εἰκυῖα παλαιγενέϊ. MS. male παλαιγενέῃ. Ovid. Fast. IV. 517. *simularat anum, mitraque capillos Presserat.*

103. Θεμιστοπόλων βασιλήων] Hesiodus apud Schol. Lycophr. 284. Ἕλλην δ' ἐγένοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες. Hesychius: Θεμιστοπόλοι. ἄρχοντες δίκαιοι. Sic ille locus distinguendus. Apud eundem alio loco est: Θεμιστός. δίκαιος. βασιλεύς. ὅσιος. Scribendum: Θεμιστοπόλος. δίκαιος βασιλεύς, ὅσιος. Idem est δικασπόλος, de quo Spanhem. ad Callim. H. in Jov. 3.

Παίδων, καὶ ταμίαι κατὰ δώματα ἠχήεντα.
Τὴν δὲ ἴδον Κελεοῖο Ἐλευσινίδαο θύγατρες,
Ἐρχόμεναι μεθ' ὕδωρ εὐήρυτον, ὄφρα φέροιεν
Κάλπισι χαλκείῃσι φίλα πρὸς δώματα πατρός,
Τέσσαρες, ὥστε θεαὶ, κουρήϊον ἄνθος ἔχουσαι,
Καλλιδίκη, καὶ Κλεισιδίκη, Δημώ τ' ἐρόεσσα,

Καλ-

105. Κελέοιο Ἐλευσινίδαο θύγατρες] Rem eodem modo ex Pampho narrat Pauſan. in Attic. 39. Ἐντεῦθεν δὲ αὐτὴν, ἅτε γυναῖκα Ἀργείαν, ὑπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Κελεοῦ κομισθῆναι παρὰ τὴν μητέρα. καὶ οἱ τὴν Μετάνειραν οὕτω πιστεῦσαι τοῦ παιδὸς τὴν ἀνατροφήν. ubi forte legendum: ἅτε γυναῖκα γραῖαν. item Photius Lex. MS. Κελεός, οὗ αἱ θυγατέρες ὑπεδέξαντο τὴν Δήμητραν ἐν Ἐλευσῖνι. Alii aliter, ut Ovidius Faſt. IV. 511. unam tantum Celei filiam commemorans.

106. Ἐρχόμεναι μεθ' ὕδωρ] Od. Υ. 154. ταὶ δὲ μεθ' ὕδωρ Ἔρχεσθε κρήνηνδε, καὶ οἴσετε θᾶσσον ἰοῦσαι. εὐήρυτος addendum Lexicis. Κοτυλήρυτος est Il. Ψ. 34.

107. Κάλπισι χαλκείῃσι] Od. Η. 20. Παρθενικῇ εἰκυῖα νεήνιδι, κάλπιν ἐχούσῃ. Apollon. Rh. I. 1107. Τόφρα δ' Ὕλας χαλκῇ σὺν κάλπιδι νόσφιν ὁμίλου Δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον. Vide Valckenarium noſtrum ad Euripid. Hippol. 121. MS. κάλπησι, quam formam lex carminis repudiat, etſi Heſychius & alii Grammatici eam agnoſcant.

108. Κουρήϊον ἄνθος ἔχουσαι] Il. Ν. poſt vſ. 433. hunc verſum cum aliis inſertum reperit Euſtathius: Ἕως ἔτ' ἥβην εἶχεν, ὄφελλε δὲ κούριον ἄνθος. Orpheus Argon. 1336. Καὶ τότε παρθενίης νοσφίζετο κούριον ἄνθος. Eodem fere ſenſu ὥριον ἄνθος dixit auctor Epigrammatis apud Sponium Itin. T. III. p. 149. Παρθένιον ζώνης ἀπέλυσε μίτρην, ἧς ὥριον ἄνθος Ἔσχεν ἐν ἡμετέροις παυσάμενοι θαλάμοις.

Καλλιθόη θ', ἣ τῶν προγενεστάτη ἦεν ἁπασῶν,
Οὐδ' ἔγνων· χαλεποὶ δὲ θεοὶ θνητοῖσιν ὁρᾶσθαι.
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμεναι ἔπεα πτερόεντα προσηύδων·
Τίς, πόθεν ἐσσὶ, γρῆυ, παλαιγενέων ἀνθρώπων;
Τίπτε δὲ νόσφι πόληος ἀπέστιχες, οὐδὲ δόμοισι
Πιλνᾶς, ἔνθα γυναῖκες ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα
Τήλικαι, ὡς σύ περ ὧδε, καὶ ὁπλότεραι γεγάασιν,
Αἵ κέ σε φίλονται ἠμὲν ἔπει, ἠδὲ καὶ ἔργῳ.

Ὡς

109. Κλεισιδίκη] Posterior pars hujus nominis, ubi Καλλιδίκη praecessit, vitiosa videtur.

111. Χαλεποὶ δὲ θεοὶ] Il. Υ. 131. Χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς. Sed hic idem sensus est, qui Od. Λ. 155. χαλεπὸν δὲ τάδε ζωοῖσιν ὁρᾶσθαι. aut Od. Κ. 573. τίς ἂν θεὸν οὐκ ἐθέλοντα Ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιτ', ἢ ἔνθ', ἢ ἔνθα κιόντα;

113. Τίς, πόθεν ἐσσὶ] Il. Φ. 150. Τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν, ὅ μευ ἔτλης ἀντίος ἐλθεῖν; Mox MS. πόλιος pro πόληος, ut variatur in Cod. Apollon. Rh. III. 887.

115. Πιλνᾶς] Scribe cum Vossio, Πίλνασαι, quod magis Homericum est.

116. Τήλικαι] Sic scripsi pro τήλικας, quod MS. habet. Il. Ω. 486. Μνῆσαι πατρὸς σεῖο, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ, Τηλίκου, ὥσπερ ἐγὼν, ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ. Sophocles Oed. Tyr. 1507. Ἀλλ' 1508
οἴκτισον σφᾶς, ὧδε τηλικάσδ' ὁρῶν. Vide Cl. Valckenarium Diatrib. in Euripid. cap. 13. p. 141.

Ibid. Ὡς σύ περ ὧδε] Il. Ω. 398. Ἀφνειὸς μὲν ὅδ' ἐστὶ, γέρων δὲ δὴ, ὡς σύ περ ὧδε.

117. Αἵ κέ σε φίλονται] Re-

Ὣς ἔφαθ᾽. ἡ δ᾽ ἐπέεσσιν ἀμείβετο πότνια θεάων·
Τέκνα φίλα, τίνες ἐστὲ γυναικῶν θηλυτεράων,
Χαίρετ᾽. ἐγὼ δ᾽ ὑμῖν μυθήσομαι. ὄτι ἀεικὲς
Ὑμῖν εἰρομένῃσιν ἀληθέα μυθήσασθαι.
Δὼς ἐμοί γ᾽ ὄνομ᾽ ἐστί· τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ.

Νῦν

Recte Cl. Brunckius scribit: Αἵ κέ σε φιλήσαιντ᾽, *quae te exciperent.*

118. Ὣς ἔφαθ᾽] Cl. Vossius, Ὣς ἔφαν. Plures enim loquebantur.

119. Τέκνα φίλα, τινὲς ἐστὲ] Placet mihi conjectura Petri Fonteinii, viri pereruditi: Τέκνα φίλ᾽, αἵτινες ἐστὲ &c.

120. Οὔτι ἀεικὲς] Fonteinius malit: ὔτοι ἀεικές.

122. Δὼς ἐμοί γ᾽ ὄνομ᾽] Od. I. 366. Οὖτις ἐμοί γ᾽ ὄνομ᾽ ἐστ᾽· Οὖτιν δέ με κικλήσκουσι Μήτηρ, ἠδὲ πατὴρ, ἠδ᾽ ἄλλοι πάντες ἑταῖροι. Apollon. Rhod. IV. 1514. Εὐρυμέδων. καὶ γὰρ τὸ κάλεσκέ μιν οὔνομα μήτηρ. At metrum claudicans, non Δὼς, sed aliud nomen, a poëta positum arguit. Lege: Δωρὶς ἐμοί γ᾽ ὄνομ᾽ ἐστί. Nec temere Ceres nomen, quod alioqui Deae marinae proprium est, assumsit. Etymol. M. p. 293. Δωρὶς, ὄνομα θεᾶς· διὰ τὴν γενομένην δωρεὰν τοῖς ἀνθρώποις. Et hoc alia Cereris nomina, quae *dandi* vel *donandi* significationem habent, quodam modo confirmant. Grammaticus MS. in Catalog. Bibl. Riccardianae p. 38. Κλήσεις Δήμητρος· Βότειρα, ζείδωρος, ὀνησιδώρα, βωτιάνειρα, φυσίζοος, Δηὼ, ζωοδότειρα. ubi pro ὀνησιδώρα scribendum ἀνησιδώρα. Vide St. Berglerum ad Alciphron. I. 3. Haec mea de hoc loco sententia est, in qua non acquiescens Cl. Fonteinius, scribere malebat: Δηὼ ἐμοί γ᾽ ὄνομ᾽ ἐστί. ut Ceres, nondum nota Δηοῦς nomine, tum primum illud, quo melius lateret, assumsisse intelligatur. Doctissimus Brunckius, ni-

Νῦν αὖτε Κρήτηθεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἤλυθον οὐκ ἐθέλουσα. βίῃ δ' ἀέκουσαν ἀνάγκῃ
Ἄνδρες ληϊστῆρες ἀπήγαγον. οἱ μὲν ἔπειτα
Νηῒ θοῇ Θορικόνδε κατέσχεθον, ἔνθα γυναῖκες
Ἠπείρου ἐπέβησαν ἀολλέες, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
Δεῖπνον ἐπηρτύνοντο παρὰ πρυμνήσια νηός.
Ἀλλ' ἐμοὶ οὐ δόρποιο μελίφρονος ἤρατο θυμός.
Λάθρῃ δ' ὁρμηθεῖσα δι' ἠπείροιο μελαίνης,
Φεῦγον ὑπερφιάλους σημάντορας, ὄφρα κε μή με
Ἀπριάτην περάσαντες ἐμῆς ἀπονναίατο τιμῆς.

Οὕτω

nihil offensus nomine Δὼς, emendabat: Δὼς μὲν ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστί.

123. Νῦν αὖτε] Scribe: Νῦν δ' αὖτε.

126. Θορικόνδε] Stephan. Byz. Θορικὸς, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. — ὁ δημότης Θορίκιος, καὶ Θορικεύς. τὰ τοπικὰ, ἐκ Θορικοῦ, Θορικόνδε, Θορικοῖ. Formam Θορικεῖς restitue in Inscriptione apud Chandler. p. 70. ubi editur Θορακεῖς. Vide Harpocrat. in v. & ibi Valesium. Idem Stephanus v. Ἄστυ versum laudat ex Eratosthenis Erigona: Εἰσέκε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκετ' ἐς ἄστυ. Sic lege, & intellige de Baccho cum Cerere ad Thoricum appellente. Quam fabulam plenius narrat Apollodor. III. 13. p. 227.

127. Ἠπείρου ἐπέβησαν] Od. O. 497. Καλὰ δὲ πρυμνήσι' ἔδησαν· Ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης, Δεῖπνόν τ' ἐντύνοντο.

132. Ἀπριάτην] Il. A. 99. Πρὶν

Οὕτω δεῦρ' ἱκόμην ἀλαλημένη, οὐδέ τι οἶδα,
Ἥτις δὴ γαῖ' ἐστὶ, καὶ οἵτινες ἐγγεγάασιν;
Ἀλλ' ὑμῖν μὲν πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δοῖεν κουριδίους ἄνδρας, καὶ τέκνα τεκέσθαι,
Ὡς ἐθέλουσι τοκῆες· ἐμὲ δ' αὖτ' οἰκτείρατε, κοῦραι,
Προφρονέως, φίλα τέκνα, τέως πρὸς δώμαθ' ἵκωμαι
Ἀνέρος ἠδὲ γυναικὸς, ἵνα σφίσιν ἐργάζωμαι
Πρόφρων, οἷα γυναικὸς ἀφήλικος ἔργα τέτυκται.
Καί κεν παῖδα νεογνὸν ἐν ἀγκοίνῃσιν ἔχουσα

Κα-

Πρὶν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι τηλικάπιδα κούρην Ἀπριάτην, ἀνάποινον. Περάσαντες est *vendentes*, ut Od. Ξ. 297. Κεῖθι δέ μ' ὡς περάσειε, καὶ ἄσπετον ὦνον ἕλοιτο.

134. Οἵτινες ἐγγεγάασιν] Od. Ν. 232. ὄφρ' εὖ εἰδῶ, Τίς γῆ, τίς δῆμος, τίνες ἀνέρες ἐγγεγάασιν; H. in Apoll. 467. ὄφρ' εὖ εἰδῶ, Τίς δῆμος, τίς γαῖα, τίνες βροτοὶ ἐγγεγάασιν; MS. ἐκγεγάασιν, ut semper in verbis hujus compositionis variatur.

135. Δοῖεν κουριδίους ἄνδρας] Od. Ζ. 180. Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς, Ἄνδρα τε καὶ οἶκον.

136. Ὡς ἐθέλουσι τοκῆες] Sequor Cl. Fontenii correctionem: Οἳ' ἐθέλουσι τοκῆες· ἐμὲ αὖτ' οἰκτείρατε, κοῦραι. Vt hoc versu κοῦραι & φίλα τέκνα, sic τέκος & φίλος vicina sunt Il. Ψ. 626. Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, τέκος, κατὰ μοῖραν ἔειπες. Οὐ γὰρ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα, φίλος, πόδες.

138. Τέως] Sic scripsi pro τέων, quod est in MS.

D

Καλὰ τιθηνοίμην, καὶ δώματα τηρήσαιμι,
Καί κε λέχος στορέσαιμι μυχῷ θαλάμων εὐπήκτων
Δεσπόσυνον, καί κ' ἔργα διαθήσαιμι γυναικός.
Φῆ ῥα θεά. τὴν δ' αὐτίκ' ἀμείβετο παρθένος ἀδμὴς,
Καλλιδίκη, Κελεοῖο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη·
Μαῖα, θεῶν μὲν δῶρα, καὶ ἀχνύμενοί περ, ἀνάγκῃ

Τέ-

144. Δεσπόσυνον] Post hunc versum in Cod. MS. alius legitur, ex vs. 144. & 145. corruptus: Φῆ ῥα θεά, καὶ κ' ἔργα διαθήσ' αὐτίκ' ἀμεί. Quem delendum esse, librarius monuit punctis subnotatis.

Ibid. Καί κ' ἔργα διαθήσαιμι γυναικός.] Nihil certius emendatione viri eruditissimi, Jo. Henr. Vossii: Καί κ' ἔργα διδασκήσαιμι γυναῖκας. Hesiodus Ἔ. καὶ Ἡμ. 64. αὐτὰρ Ἀθήνην, Ἔργα διδασκῆσαι, πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν. Od. X. 421. Πεντήκοντά τοι εἰσὶν ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες Δμωαὶ, τὰς μέν τ' ἔργα διδάξαμεν ἐργάζεσθαι, Εἴρια τε ξαίνειν, καὶ δουλοσύνης ἀνέχεσθαι.

145. Παρθένος ἀδμὴς] Od. Ζ. 109. Ὣς ἥγ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής.

147. Θεῶν μὲν δῶρα] Od. Σ. 141. Ἀλλ' ὅγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι, ὅ, ττι διδοῖεν. Ζ. 190. Καί που σοι τάδ' ἔδωκε, σὲ δὲ χρὴ τετλάμεν ἔμπης. Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. 718. Μηδέ ποτ' οὐλομένην πενίαν θυμοφθόρον ἀνδρὶ Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων. Theognis vs. 446. ἀλλ' ἐπιτολμᾷν Χρὴ δῶρ' ἀθανάτων, οἷα διδοῦσιν ἔχειν. Recte Veteres, tanquam Plutarchus de aud. poët. p. 32. δῶρα θεῶν in Homero interpretantur *sortem divinitus datam*. Quod Tragici imitatione sua confirmant. Aeschyl. Pers. 343. Ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς βροτοῖς φέρειν, Θεῶν διδόντων. Sophocles Philoct. 1309. ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν Τύχας δοθείσας ἔστ' ἀναγκαῖον φέρειν. Euripides in Stobaeo Grotii p. 451. τὰς δὲ δαιμόνων τύχας Ὅστις φέρει

κάλ-

Τέτλαμεν ἄνθρωποι· δὴ γὰρ πολὺ φέρτεροί εἰσι.
Ταῦτα δέ τοι σαφέως ὑποθήσομαι, ἠδ' ὀνομήνω
Ἀνέρας οἷσιν ἔπεστι μέγα κράτος ἐνθάδε τιμῆς,
Δήμου τε προὔχουσιν, ἰδὲ κρήδεμνα πόληος
Εἰρύαται βουλῇσι καὶ ἰθείῃσι δίκῃσιν.

Ἡ

κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σοφός. Nec aliter hanc locutionem accipiam H. in Apoll. 190. Ὑμνεῦσίν ῥα θεῶν δῶρ' ἄμβροτα, ἠδ' ἀνθρώπων Τλημοσύνας. & *munera Deorum* in Horatio IV. Carm. 9. 46. *rectius occupat Nomen beati, qui Deorum Muneribus sapienter uti, Duramque callet pauperiem pati.* Δῶρα θεῶν pro *sorte* eo modo ponuntur, quo δῶρα Μουσῶν pro *carmine*, δῶρα Ἀφροδίτης pro *venustate*, & ejus generis alia, de quibus Dorvillius Crit. Vann. p. 643.

Ibid. Καὶ ἀχνύμεναί περ] MS. ἠχνύμενοι. Cl. Brunckius bene corrigit: καὶ ἀχνυμένοις περ ἀνάγκη Τετλάμεν ἀνθρώποις. Haec tamen scriptura sine ulla varietate repetitur vs. 216.

148. Δὴ γὰρ πολὺ φέρτεροί εἰσι] Simili sententia Theognis vs. 617. Οὔτι μάλ' ἀνθρώποις καταθύμια πάντα τελεῖται· Πολλὸν γὰρ θνητῶν κρέσσονες ἀθάνατοι.

151. Κρήδεμνα πόληος Εἰρύαται] Il. Π. 542. Ὃς Λυκίην εἴρυτο δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ. Hesiodus Asp. 105. Ὃς Θήβης κρήδεμνον ἔχει, ῥύεταί τε πόληα.

Ibid. Δήμου τε προὔχουσιν] Ex οἷσιν, quod praecessit, οἳ assumendum. Od. B. 54. Δοίη δ', ᾧ κ' ἐθέλοι, καί οἱ κεχαρισμένος ἔλθοι. Homeric. Hymn. IX. 4. ἣ σὺν Ἄρηϊ μέλει πολεμήϊα ἔργα, Καί τ' ἐρρύσατο λαόν. ubi hujus constructionis ratio fefellit Ernestum meum, qui eandem recte ceperat H. in Mercur. 165. Ταρβαλέοι, καὶ μητρὸς ὑπαιδείδοικεν ἐνιπάς. Pausan. Phocic. 14. οἷς γε οὐκ ἀρχεῖα, οὐ γυμνάσιόν ἐστιν, οὐ θέατρον, οὐκ ἀγορὰν ἔχουσιν,

Ἡ μὲν Τριπτολέμου πυκιμήδεος, ἠδὲ Διόκλου,
Ἡ δὲ Πολυξείνου, καὶ ἀμύμονος Εὐμόλποιο,

Μίγδα κροκόεντα γαυὸν, καὶ ἀγαλλίδας, ἠδ' ὑάκινθον,

Καὶ

420. Μηλοβότη τε] Apud Pausaniam l. c. rectius legitur, Μηλόβοσίς τε Atque ita Hesiodus l. c. 354. hanc nympham appellat.

Ibid. Ὠκυρόη καλυκῶπις] MS. Ὠκύρθη καλλικῶπις. Recepi Pausaniae lectionem.

421. Ακάστη τ'] Sic scripsimus ex Hesiodo l. c. 356. Male Cod. MS. Ἀκατάστη, Ἀδμήτη τε.

423. Γαλαξαύρη τ'] Hoc quoque nomen restituimus ex Hesiodo l. c. 353. MS. Ταλαξαύρη.

424. Παλλάς τ' ἐγρεμάχη] Minervam & Dianam, propter commune virginitatis studium, una cum Proserpina flores legisse, magno consensu tradunt Diodor. Sicul. V. p. 332. Pausan. in Arcad. 31. Valer. Flacc. V. 345. Statius Achill. II. 150. & Claudian. de Rapt. Proserp. I. 227. quanquam hic Venerem quoque Proserpinae comitem dedit, secutus fortasse Orpheum Argon. 1190. Ὡς ποτε Φερσεφόνην τέρεν' ἄνθεα χερσὶ δρέπουσαν Ἐξήπαφον συνόμαιμοι ἀν' εὐρύ τε καὶ μέγα ἄλσος. qui sororum nomine Venerem videtur comprehendisse.

425. Ἄνθεα] Non scribendum, sed pronunciandum, ἄνθη, ut saepe ad Homerum monuit Clarkius.

426. Κροκόεντα γαυὸν] Vox γαυὸς

Καὶ ῥοδέας κάλυκας, καὶ λείρια θαῦμα ἰδέσθαι,
Νάρκισσόν θ', ὃν ἔφυσ', ὥσπερ κρόκον, εὐρεῖα χθών.
Αὐτὰρ ἐγὼ δρεπομένη περὶ χάρματι. γαῖα δ' ἔνερθε
Χώρησεν. τῇ δ' ἔκθορ' ἄναξ κρατερὸς Πολυδέγμων.
Βῆ δὲ φέρων ὑπὸ γαῖαν ἐν ἅρμασι χρυσείοισι

Πόλλ'

γυιὲς pro *flore*, dubito, an Graeca ſit. Valckenario noſtro placebat: Μίγδα κρόκῳ τε γάνος. ut *crocum* dixerit per periphraſin γάνος κρόκου. Hoc ſi cui Tragicis proprium videatur, is cum viro optimo, Fonteinio legat: Μίγδα κρόκῳ κύανον. De flore cyano vide Salmaſium Plin. Exerc. p. 93.

427. Καὶ ῥοδέας κάλυκας] Sic viri praeſtantiſſimi, Heynius, Waſſenbergius, Brunckius, & Eldikius, duarum literarum tranſpoſitione, pulcre emendant ſcripturam Codicis, Καὶ ῥόδα ἐς κάλυκας. Rufinus Anthol. VII. p. 616. Ἔστι κρίνον, ῥοδέη τε κάλυξ. Paulus Silentiarius ibid. p. 592. χείλεϊ σῷ ῥοδέων ἁβροτέρῳ καλύκων.

428. Ὥσπερ κρόκον] In croco perinde, atque in narciſſo, aliquid κοινηρίθδες fuiſſe, colligas e Sophocle Oed. Col. 673. Θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχνας Ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ αἰεὶ Νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν Ἀρχαῖον στεφάνωμ', ὅ, τε χρυσαυγὴς κρόκος. Vide ſupra ad vſ. 8. Fateor tamen, verba ὥσπερ κρόκον vehementer frigere.

429. Δρεπομένη περὶ χάρματι] Pro δρεπομένη ſcribe δρεπτομένη. Suidas: Δρέπτομαι — τὰ κάλλιστα δρεπτόμενος τῆς φιλίας ἄνθη. ubi corrige, τῆς φιλοσοφίας. In περὶ χάρματι vitium haeret.

430. Τῇ δ' ἔκθορ'] Supra vſ. 16. χάνε δὲ χθὼν εὐρυάγυια Νύσιον ἂμ πεδίον, τῇ ὄρουσεν ἄναξ Πολυδέγμων. Sed hic verbum ἐκθορεῖν Genitivum poſtulat, τῆς δ' ἔκθορ'. Sic etiam Brunckio & Fonteinio placebat.

Πόλλ' ἀεκαζομένην· ἐβόησα δ' ἄρ' ὄρθια φωνῇ.
Ταῦτά τοι ἀχνυμένη περ ἀληθέα πάντ' ἀγορεύω.
Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσαι,
Πολλὰ μάλ' ἀλλήλων κραδίην καὶ θυμὸν ἴαινον,
Ἀμφαγαπαζόμεναι· ἀχέων δ' ἀπεπαύετο θυμός.
Γηθόσυναι δὲ δέχοντο παρ' ἀλλήλων ἐδίδοντο.
Τῇσιν δ' ἐγγύθεν ἦλθ' Ἑκάτη λιπαροκρήδεμνος·
Πολλὰ δ' ἄρ' ἀμφαγάπησε κόρην Δημήτερος ἁγνήν,
Ἐκ τοῦ οἱ πρόπολος καὶ ὀπάων ἔπλετ' ἄνασσα.
Ταῖς δὲ μετ' ἄγγελον ἧκε βαρύκτυπος εὐρύοπα Ζεὺς
Ῥείην ἠΰκομον, Δημήτερα κυανόπεπλον

Ἀξέ-

433. Ταῦτά τοι ἀχνυμένη] Od. H. 297. Ταῦτά τοι, ἀχνύμενός περ, ἀληθείην κατέλεξα.

434. Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ] Idem hemiſtichium Od. I. 161. Pro ἔχουσαι MS. ἔχουσα.

437. Γηθόσυναι] Forte ſcribendum: Γηθοσύνας δὲ δέχοντο παρ' ἀλλήλων, ἔδιδόν τε. Od. Χ. 8. Ἀλλήλοισι γέλω τε καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι. Forma ἔδιδον eſt ſupra vſ. 307.

442. Ῥείην ἠΰκομον, Δημήτερα] Hanc ſcripturam repoſui de veriſſima Fonteinii emendatione. Cod. MS. habet; Ῥείην ἠΰκομον, ἣν μητέρα κυανόπεπλον, Ἀξέμεναι &c. Primum ἣν non convenit huic loco, quod Rhea non ad ſolam Cererem, ſed ad Cererem

Ἀξέμεναι μετὰ φῦλα θεῶν, ὑπέδεκτο δὲ τιμὰς
Δωσέμεν, ἅς κεν ἕλοιτο μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
Νεῦσε δέ οἱ κούρην ἔτεος περιτελλομένοιο
Τὴν τριτάτην μὲν μοῖραν ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα,
Τὰς δὲ δύω παρὰ μητρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν.
Ὣς ἔφατ'. οὐδ' ἀπίθησε θεὰ Διὸς ἀγγελιάων.
Ἐσσυμένως δ' ἤϊξε κατ' Οὐλύμποιο καρήνων,
Εἰς δ' ἄρα ῥίον ἶξε, φερέσβιον οὖθαρ ἀρούρης

Τὸ

& Proserpinam, missa est. Deinde verbum ἀξέμεναι non potest carere casu suo.

445. Νεῦσε δέ οἱ] Desideret aliquis verbum, a quo pendeat κούρην ἔτεος &c. *fore*, vel *mansuram*. Vide, an vulgata lectio defendi possit ex Il. Θ. 175. ubi κατένευσε sic fere est sine verbo: Γιγνώσκω δ', ὅτι μοι πρόφρων κατένευσε Κρονίων Νίκην καὶ μέγα κῦδος, ἀτὰρ Δαναοῖσί γε πῆμα.

448. Οὐδ' ἀπίθησε — ἀγγελιάων] Lesbonax p. 181. hoc schema νησιωτικὸν vocat. Sed Poëta haud dubie scripsit: οὐδ' ἀπίθησε θεὰ Διὸς ἀγγελίῃσιν. ut vs. 358. οὐδ' ἀπίθησε Διὸς βασιλῆος ἐφετμῆς.

450. Εἰς δ' ἄρα ῥίον ἶξε] Repone: Εἰς δ' ἄρ 'Ράριον ἶξε. Nobilis est in historia Attica *campus Rharius*: de quo veterum loca, quae Jo. Meursius de Regn. Att. I. 14. congessit, repetere nolim. Nec tamen, quae Pausanias Attic. 38. ad hunc locum accommodate tradit, sine fraude lectoris omitti possunt: Τὸ δὲ πεδίον τὸ 'Ράριον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρποὺς, καὶ διὰ τοῦτο οὐλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαί σφισι, καὶ ποιεῖσθαι πέμματα ἐς

τὰς

Τὸ πρίν, ἀτὰρ τότε γ' ὅτι φερέσβιον, ἀλλὰ ἕκηλον
Εἱστήκει πανάφυλλον· ἔκευθε δ' ἄρα κρῖ λευκὸν

Μη-

τὰς θυσίας καθίστησιν. Ἐνταῦθα ἅλως καλυμένη Τριπτολέμου, καὶ βωμὸς δείκνυται. Adde, quod Meurſio videre non contigit, Marmor Oxon. p. 23. ἀφ' οὗ Τριπτόλεμος καρπὸν ἔσπειρεν ἐν τῇ Ῥαρίᾳ καλυμένῃ Ἐλευσῖνι. Rhari celebratiſſimum in hac fabula nomen, ex quo non modo campus Rharius, ſed ipſa etiam Ceres dicta eſt *Rharias*, reſtituendum videtur Scholiaſtae ad Ariſtid. Panathen. p. 91. ὁ γὰρ μῦθος αὐτοὺς πρώτους λέγει παρὰ θεῶν δεξαμένους τὰ σπέρματα δι' Ἅδου, καὶ διὰ Κελεοῦ, καὶ διὰ Τριπτολέμου. Sic etiam habet vetus Codex Scholiaſtae, nuper ex Bibliotheca Burmanniana in publicam Leidenſem translatus. Sed legendum: διὰ Ῥάρου, καὶ διὰ Κελεοῦ, &c. Quae certiſſima eſt correctio. Suidas: Ῥαριάς. Δημήτηρ. Ῥᾶρος γὰρ ἔσχεν υἱὸν Κελεὸν· Κελεὸς δὲ, Τριπτόλεμον. ὁ δὲ Ῥᾶρος πλανωμένην τὴν Δήμητρα, καὶ ζητοῦσαν τὴν Κόρην ὑπεδέξατο ἐν τῷ οἴκῳ. ὑπὲρ τῆς τοιαύτης οὖν χάριτος ἡ Δημήτηρ τὸν ἀπόγονον Ῥάρου Τριπτόλεμον ἐδίδαξε τὴν τοῦ σίτου γεωργίαν. Eadem opera emendandus Servius ad Georg. I. 19. *Triptolemus frumenta diviſit. Quod munus ei Ceres dedit propter humanitatem patris Icari, qui eam, cum Proſerpinam raptam in conjugium a Plutone quaereret, in Attica ſuſcepit hoſpitio.* Lege: *propter humanitatem patris Rhari.* Nam Choerilus apud Pauſan. Attic. 14. Photius Lex. MS. & Heſychius in v. Rharum, non avum Triptolemi, ſed patrem, dicunt.

Ibid. Οὖθαρ ἀρούρης] Il. I. 142. Εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ' Ἀχαιϊκὸν, οὖθαρ ἀρούρης. Mox forma, πρὶν, ἀτὰρ τότε, eſt Il. Z. 125.

451. Ἀλλὰ ἕκηλον Εἱστήκει πανάφυλλον] Lege partim de mea, partim de Cl. Wyttenbachii conjectura: ἀλλ' ἀπέτηλον Ἕστη καὶ πανάφυλλον. niſi praeferas quod Fonteinio placebat: ἀλλ' ἀπέτηλον Εἱστήκει καὶ ἄφυλλον. Ἀπέτηλον accipio *ſine culmis*, ſive *ſterile*. Sic πέτηλα culmos

Μήδεσι Δήμητρος καλλισφύρου· αὐτὰρ ἔπειτα
Μέλλεν ἄφαρ τανάοισι κομήσειν ἀσταχύεσσιν,
Ἦρος ἀεξομένοιο, πέδῳ δ' ἄρα πίονες ὄγμοι
Βρυσέμεν ἀσταχύων, τὰ δ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δεδέσθαι.
Ἔνθ' ἐπέβη πρώτιστον ἀπ' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο.
Ἀσπασίως δ' ἴδον ἀλλήλας, κεχάρηντο δὲ θυμῷ.
Τὴν δ' ὧδε προσέειπε Ῥέη λιπαροκρήδεμνος·
Δεῦρο, τέκος, καλέει σε βαρύκτυπος εὐρύοπα Ζεύς,
Ἐλθέμεναι μετὰ φῦλα θεῶν, ὑπέδεκτο δὲ τιμὰς

Δωσέ-

dixit Hesiodus Asp. 289. ubi vide Graevium.

454. Τανάοισι κομήσειν ἀσταχύεσσιν] Malim: τανάοισι κομήσειν ἀνθερίκεσσιν. Est enim ingrata ejusdem vocis, tantillo intervallo, repetitio. Il. Υ. 227. Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων.

455. Πέδῳ δ' ἄρα πίονες ὄγμοι Βρυσέμεν] Βρυσέμεν, cujus prima semper corripitur, lex metri respuit. Lege; Ἦρος ἀεξομένου, πεδίον δ' ἄρα πίονες ὄγμοι Βρίθειν ἀσταχύων, τὸ δ' ἐν &c. Βρίθειν, quod eodem errore apud Orpheum H. XXXIX. 18. cum βρύειν permutatur, proprium in tali copia verbum esse, docet Gatakerus ad M. Antonin. III. §. 21. Simillimus est locus Hesiodi Asp. 289. οἱ γε μὲν ἤμων Αἰχμῇς ὀξείῃσι κορωνιόωντα πέτηλα, Βριθόμενα σταχύων, ὡσεὶ Δημήτερος ἀκτήν. Οἱ δ' ἄρ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δέον, καὶ ἔπιπλον ἀλωήν. Infra vs. 457. Πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε καὶ ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν Ἔβρισ'. Sed locus ne sic quidem persanatus videtur.

Δωσέμεν, ἅς κε θέλῃσθα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
Νεῦσε δέ τοι κούρην ἔτεος περιτελλομένοιο
Τὴν τριτάτην μὲν μοῖραν ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα,
— — — — — — — — ἀθανάτοισι.
— — — — — — — — — ων
— — — — — — — — — ων.
— — — — φερέσβιον οὖθαρ ἀρ — — —
— — — γ' ἔτι φερέσβιον, ἀλλὰ — — — —
— — — ἔκευθε δ' ἄρα κρῖ — — — —
Δύο δὲ παρ' σοὶ ἔσεσθαι, ἐῷ δ' ἐπένευσε κάρητι.
Ἀλλ' ἴθι, τέκνον ἐμὸν, καὶ πείθεο, μηδέ τι λίην

Ἀζη-

462. Δωσέμεν, ἅς κε] Has lacunas Graeculus explevit ex vſ. 444. & ſeqq. unde etiam vſ. 465. ſic reſtituere poterat: Τὰς δὲ δύω παρὰ σοί τε καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι. Sed ille hoc ſupplementum alieno loco, id eſt, vſ. 466. intruſit.

Ibid. Ἀθανάτοισι] Hos ſex verſus, teſte Cl. Matthaeo, manus recentior lineis ſubductis notaverat, tanquam alienos ab hoc loco.

466. Δύο δὲ παρ' σοὶ ἔσεσθαι] Hoc ſupplementum turpiter claudicat, nec aptum eſt loco. Res talem ſententiam deſiderat: *Hoc Jupiter promiſit, & capitis nutu confirmavit*, ut Il. O. 75. Ὡς οἱ ὑπέστην πρῶτον, ἐμῷ δ' ἐπένευσα κάρητι. Ad hanc rationem Cl. Voſſius ſupplebat: Ὡς μὲν ὑπέσχετ' ἄναξ.

Ἀζηχὲς μενέαινε κελαινεφέϊ Κρονίωνι.
Αἶψα δὲ καρπὸν ἄεξε φερέσβιον ἀνθρώποισι.
Ὣς ἔφατ᾽. οὐδ᾽ ἀπίθησεν ἐϋστέφανος Δημήτηρ·
Αἶψα δὲ καρπὸν ἀνῆκεν ἀρουράων ἐριβώλων.
Πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε καὶ ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν
Ἔβρισ᾽. Ἡ δὲ κιοῦσα θεμιστοπόλοις βασιλεῦσι
Εἶπε, Τριπτολέμῳ τε, Διοκλεῖ τε πληξίππῳ,

Εὐμολ-

475. Ὣς ἔφατ᾽. οὐδ᾽ ἀπίθησεν] Hoc supplementum ductum est ex vs. 448.

477. Πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε] Ovid. Fast. IV. 615. *Tum demum vultusque Ceres animumque recepit; Imposuitque suae spicea serta comae. Largaque provenit cessatis messis in arvis; Et vix congestas area cepit opes.*

479. Εἶπε, Τριπτολέμῳ] Tres ex hoc loco versus, 479. 480. 481. cum varietate quadam lectionis, laudat Pausanias Corinth. 14. Οὐ γὰρ ἄν ποτε Ὅμηρος παρῆκεν αὐτὸν (Dysaulen) ἐν τοῖς ἔπεσιν. ἔστι γὰρ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐς Δήμητρα, ἐν δὲ αὐτοῖς καταλέγων τοὺς διδαχθέντας ὑπὸ τῆς θεοῦ τὴν τελετὴν, Δυσαύλην οὐδένα οἶδεν Ἐλευσίνιον. ἔχει δὲ οὕτω τὰ ἔπη· Δεῖξεν Τριπτολέμῳ τε, Διοκλεῖ τε πληξίππῳ, Εὐμόλπου τε βίῃ, Κελεῷ θ᾽, ἡγήτορι λαῶν, Δρησμοσύνην ἱερῶν, καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσιν. Primum Pausanias pro εἶπε habet δεῖξεν, quod non spreverim. Nam δεικνῦναι exquisite ponitur pro dicere, docere. Od. κ. 302. πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης, Ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν. Euripid. Phoeniss. 532. ἀλλ᾽ ἡ ᾽μπειρία Ἔχει τι δεῖξαι τῶν νέων σοφώτερον. ubi alia exempla plena manu dedit Cl. Valckenarius. Mox in Cod. MS. legitur, Χρησμοσύνην θ᾽ ἱερῶν· quod cum nullam sententiam haberet, quantivis pretii lectio-

Εὐμόλπυ τε βίῃ, Κελεῷ θ', ἡγήτορι λαῶν,
Δρησμοσύνην θ' ἱερῶν, κ) ἐπέφραδεν ὄργια καλά.
Τριπ]ολέμῳ τε, Πολυξείνῳ, ἐπὶ τοῖς δὲ Διοκλεῖ.

Σεμ-

ctionem, quae eſt apud Pauſaniam, Δρησμοσύνην ἱερῶν recepi. Etymologus M. p. 287. l. 1. & Heſych. Δρησμοσύνην. θεραπείαν, ὑπηρεσίαν. Altera forma δρηστοσύνη eſt Od. o. 320. Denique Pauſanias pro ὄργια καλὰ legit ὄργια πᾶσιν; quod Codicis veteris ſcripturae non videtur praeferendum.

480. Τριπτολέμῳ τε] Scribendum: Τριπ]ολέμῳ τε, Πολυξείνῳ τ', ἐπὶ τοῖς δὲ Διοκλεῖ. quanquam hoc leve eſt. At quo modo hic verſus cum reliquis cohaeret? Aut quid opus erat, Triptolemi & Dioclis mentionem repetere? Forte aliquis hunc verſum expungendum putet, ut ceteri ſic conjungantur: καὶ ἐπέφραδεν ὄργια καλὰ, Σεμνὰ, τά γ' ὕπως &c. Verum tantum abeſt, ut verſus abundet, ut potius plures, quibus aptus connexusque fuerit, deeſſe videantur. Non dubium lacunae indicium facit Pauſanias Attic. 38. τὰ δὲ ἱερὰ τοῖν θεοῖν Εὔμολπος κ) αἱ θυγατέρες δρῶσιν αἱ Κελεῦ. Καλῦσι δὲ σφᾶς Πάμφως τε κατὰ ταυτὰ κ) Ὅμηρος, Διογένειαν κ) Παμμερόπην κ) τρίτην Σαισάραν. Atqui Homerus nusquam has Celei filias aut memoravit, aut memorare potuit, niſi hoc loco, quo, quibus Ceres ſacrorum ſuorum curam demandarit, enarrat. Quarum mentio cum hic nulla ſit, quis eam intercidiſſe ambigat? Celei autem filias Cereris ſacerdotes fuiſſe, graviſſimo ipſius Eumolpi teſtimonio confirmat Suidas v. Εὔμολπος· ὗτος ἔγραψε τελετὰς Δήμητρος, κ) τὴν ἐς Κελεὸν ἄφιξιν, κ) τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν, τὴν ταῖς θυγατράσιν αὐτῦ γενομένην. Illud tamen mirari ſubit, ſacrorum miniſterium non quatuor Celei filiabus, quae Cererem exceperunt, ut ſupra vſ. 109. narratur, datum eſſe, ſed tribus aliis, quarum nullae in hac re partes fuerunt. Ex his tribus ſororibus Saeſara Croconi, de quo ad vſ. 153. diximus, nupta fuit. Vide Pauſan. Attic. 38.

Eadem-

Σεμνά, τά γ' οὔπως ἐστὶ παρεξέμεν, οὔτε πυθέσθαι,
Οὔτ' ἀχέειν· μέγα γάρ τι θεῶν ἄχος ἰσχάνει αὐδήν.
Ὄλβιος, ὃς τάδ' ὄπωπεν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων·
Ὃς δ' ἀτελὴς, ἱερῶν ὅς τ' ἄμμορος, οὔποθ' ὁμοίων

Αἶ-

Eademque hoc praecipuum habuit praeter sorores, ut Eleusis ex ejus nomine *Saesaria* diceretur. Hesychius: Σαισαρία. ἡ Ἐλευσὶν πρότερον.

476. Παρεξέμεν] Παρεξέμεν, si sana est scriptura, significat *praetermittere*, *negligere*. Ἐξέμεν est Il. Δ. 141.

477. Οὔτ' ἀχέειν] Hujus loci explicationem pete vel a Casaubono ad Spartian. Hadrian. 23. vel a Spanhemio ad illa Callimachi H. in Cer. 18. Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἃ δάκρυον ἄγαγε Δηοῖ.

Ibid. Θεῶν ἄχος ἰσχάνει αὐδήν] Valckenario, V. C. in mentem veniebat legere: Θεῶν ἄγος ἰσχάνει αὐδήν. *Dearum reverentia*. Il. Ξ. 387. δέος ἰσχάνει ἄνδρας. ex quo Theocrit. Carm. XXIV. 35. et Apoll. Rh. III. 612.

478. Ὄλβιος, ὃς τάδ' ὄπωπεν] Veteres scriptores, quorum loca Meursius Eleusin. cap. 17. & Valckenarius ad Euripid. Hippol. 25. laudarunt, vix modum tenent in initiatorum felicitate praedicanda. Poëtae nostri locum, nescio, an ob oculos habuerit Sophocles apud Plutarch. de aud. poët. p. 27. ὡς τρισόλβιοι Κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη, Μόλωσ' ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ Ζῆν ἐστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά. Notanda etiam proprietas verbi ὄπωπεν, pro ἐπόπτης factus est.

479. Ὃς δ' ἀτελὴς] Ex multis locis, quae Meursius Eleusin. cap. 18. & Casaubonus Exerc. XVI. adv. Baron. p. 546. congesserunt, satis sit, unum simillimum Platonis Phaedon. p. 380. F. afferre: ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος, ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκήσει.

Αἶσαν ἔχει, φθίμενός περ, ὑπὸ ζόφῳ εὐρώεντι.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάνθ' ὑπεθήκατο δῖα θεάων,
Βὰν ῥ' ἴμεν Οὔλυμπόνδε, θεῶν μεθ' ὁμήγυριν ἄλλων.
Ἔνθα δὲ ναιετάουσι παραὶ Διῒ τερπικεραύνῳ
Σεμναί τ' αἰδοῖαί τε. Μέγ' ὄλβιος, ὅν τιν' ἐκεῖναι
Προφρονέως φιλῶνται ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.
Αἶψα δέ οἱ πέμπουσιν ἐφέστιον ἐς μέγα δῶμα
Πλοῦτον, ὃς ἀνθρώποις ἄφενος θνητοῖσι δίδωσιν.
Ἀλλά θ', Ἐλευσῖνος θυοέσσης δῆμον ἔχουσαι,

Καὶ

Ibid. Οὔποθ' ὁμοίων] Viri inprimis eruditi, Fonteinius & Vossius legunt: οὔποθ' ὁμοίην. quod altero melius.

489. Βὰν ῥ' ἴμεν Οὔλυμπόνδε] Il. Υ. 142. Ἂψ ἴμεν Οὔλυμπόνδε, θεῶν μεθ' ὁμήγυριν ἄλλων.

491. Μέγ' ὄλβιος] Homericus Hymn. XXVIII. in Matrem omnium: ὁ δ' ὄλβιος, ὅν κε σὺ θυμῷ Πρόφρων τιμήσειν. Mox in subjunctivo φιλῶνται supplenda est particula ἂν, vel κεν ut saepe.

494. Πλοῦτον] Plutum Hesiodus Theog. 969. Cereris filium dicit. Quo respiciunt Cornutus de N. D. 28. p. 211. & Themistius Or. XXX. p. 351. Igitur hic Πλοῦτος capiendus de frugum fructuumque ubertate; quae in prisca illa simplicitate unica vocis significatio erat. Vide Dan. Heinsium ad Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. 125.

Ibid. Ὃς ἀνθρώποις ἄφενος] De eodem Pluto Hesiodus l. c. τῷ δὲ τυχόντι, καὶ οὗ κ' ἐς χεῖρας ἵκηται, Τὸν δ' ἀφνειὸν ἔθηκε, πολὺν τέ οἱ ὤπασεν ὄλβον.

495. Ἀλλά θ'] Ita MS. Scri-

Καὶ Πάρον ἀμφιρύτην, Ἄντρωνά τε πετρήεντα,
Πότνια, ἀγλαόδωρ', ὡρηφόρε, Δηοῖ ἄνασσα,
Αὐτὴ, καὶ κούρη περικαλλὴς Περσεφόνεια,
Πρόφρονες ἀντ' ᾠδῆς βίοτον θυμήρε' ὄπαζε.

Αὐ-

Scribe, Ἀλλ' ἄγ'. Sic apud Hesiod. Asp. 185. pro Ἀλλά γε δύστεο MS. Parif. habet, Ἀλλ' ἄγε δύστεο. ut ubique variatur. Vide G. Koenium ad Gregor. de Dialect. p. 36.

496. Πάρον ἀμφιρύτην] Parus olim Cereri facra fuit. Unde & Δημητριὰς appellata eft, & Κάβαρνις, ἀπὸ Καβάρνου τοῦ μηνύσαντος τὴν ἁρπαγὴν τῇ Δήμητρι τῆς θυγατρὸς, teste Stephano Byz. v. Πάρος. Cabarni pofteros Ceres facrorum fuorum antiftites conftituit. Antimachus apud Suid. v. Ὀργεῶνες· Γένναν Καβάρνων θῆκεν ἀγακλέας ὀργεῶνας. de quo loco vide Valefium ad Harpocrat. p. 315. Hefychius: Καβάρνοι, οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς, ὡς Πάριοι. A Pariis Cereris religio venit ad Thafios, eorum colonos. Qua de cauffa Dionyf. Perieg. 523. Thafum vocat Δημήτερος ἀκτήν. De ejusdem cultu apud Antronios nihil reperi apud alios.

499. Πρόφρονες ἀντ' ᾠδῆς &c.] His duobus poftremis verfibus etiam clauditur Homericus Hymnus XXVIII. in Matrem omnium. Sed ibi πρόφρων eft, quod preces ad unam duntaxat Deam fiunt. Hic contra eft pluralis nominum femininorum cum verbo fingulari ὄπαζε. Quod conftructionis genus, a Boeotiis & Pindaro frequentatum, veteres Grammatici Boeotium, Thebanum, Pindaricum appellabant. Vide Lesbonactem de Schem. p. 184. & Apollon. Alexandr. de Syntax. III. p. 223. quorum hic tale Pindari exemplum ponit: Ἀχεῖται ὀμφαὶ μελέων σὺν αὐλοῖς. pro quo Fr. Portus fcribit: Ἀχεῖτε ὀμφαὶ μελέων &c. At fyntaxis, fic fi legatur, nihil Boeotium aut fingulare habet, quia σὺν pro καὶ accipitur, ut cum pro

&

Αὐτὰρ ἐγὼ καὶ σεῖο καὶ ἄλλης μνήσομ' ἀοιδῆς.

& apud Latinos. Livius XXI. 60. *dux cum aliquot principibus capiuntur.* ubi vide Gronovium. Igitur, ut Boeotismus in hoc exemplo appareat, scribendum: Ἀχείτω ἀμφαὶ μελίων σὺν αὐλοῖς. Quam formam, quis miretur, in vulgarem mutatam esse a librariis Dionysii Hal. περὶ Συνθέσ. p. 23. Ὑμνεῖτε ὀμφᾷ μελίων σὺν αὐλοῖς. Idem Pindarus Olymp. VIII. 10. Ἄνυται δὲ πρὸς χάριν εὐσεβείων ἀνδρῶν λιταί. Haec est Asclepiadis lectio, quam libri scripti confirmant. Item Olymp. XI. 5. μελιγάρυες ὕμνοι Ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται. ubi Scholiastes, neminem neque ante, neque post Pindarum, sic locutum esse contendens, vehementer errat. Homerus Il. P. 387. Χεῖρές τ', ὀφθαλμοί τε, παλάσσετο μαρναμένοιϊν. ubi ab Eustathio p. 1110. haec annotantur: Ὅρα, ὡς ἐπήγαγε τοῖς τῶν διαφόρων γενῶν πληθυντικοῖς ὀνόμασι τὸ παλάσσετο ῥῆμα ἑνικόν. καὶ φασὶ Πινδαρικὸν τὸ σχῆμα οἱ παλαιοί· οὐχ ὅτι Πίνδαρος εὗρεν αὐτὸ, τῆς γὰρ Ὁμήρου μεταλλείας καὶ τοῦτο ἐκεῖνος ἐκέρδανεν, ἀλλ' ὅτι διαδεξάμενος καὶ ζηλώσας, κατεχρήσατο. Manetho IV. 333. Μαρμαίρῃ δ' ἀκτῖνες ὅταν σελατηφόρου Ἑρμοῦ Ἀμφὶ σεληναίῃ σκολιὸν λαβύρινθον ὀρίνῃ. quam structuram aliis ejusdem exemplis defendit Dorvillius ad Charit. p. 750. Vel sic tamen vs. 495. Ἀλλ' ἄγ' — ἔχουσα, & vs. 499. πρέφρων legere malim, ut omnia ad unam Cererem referantur, versus autem 498. Αὐτὴ, καὶ κούρη &c. in parenthesi accipiatur.



HOMERI HYMNUS

IN CEREREM,

LATINE VERSUS

A

JOANNE HENRICO VOSSIO.

Cererem crine-decoram, venerandam Deam, ordior canere,
Ipſam, & filiam teretem-pedes, quam Pluto
Rapuit, dedit autem grave-ſonans late-cernens Jupiter,
Seorſum a Cerere aureo-ſolio-inſidente, pulchrum-fructum praebente,
Ludentem cum filiabus Oceani pepla-profundo-ſinu-indutis,
Floresque legentem, roſas & crocum & violas pulchras,
Per molle pratum, & gladiolos & hyacinthum,
Narciſſumque, quem produxit fraudem roſeae puellae
Terra Jovis voluntate gratificata Orco;
Mire laetum, quo ſtupuerunt tunc omnes intuentes,
Tam Dii immortales quam mortales homines:
Cujus adeo ex radice centum capita excreverant,
Et fragante odore omne caelum latum ſuperne

Terraque omnis ridebat & salsus aestus aequoris.
Illa vero admirata ambas simul protendit manus,
Pulchrum ludicrum ut-sumeret. Sed hiavit terra vasta
Nysiis in-campis, qua prorupit rex Pluto
Equis immortalibus *invectus*, Saturni nobilis filius.
Rapuit vero invitam & aureo curru
Abstulit ejulantem: clamavit autem intenta
Invocans patrem Saturnium summum & potentissimum.
Sed neque immortalium quisquam, neque mortalium hominum,
Ejus vocem audivit, neque pulchrae sociae,
Nisi quod Persaei filia mitis-animum
Audivit ex antro, Hecate vitta-tenui-nitida,
Et Sol rex, Hyperionis illustris filius,
Puellam invocantem patrem Saturnium. Hic vero seorsum
Sedebat procul a Diis precibus-expetito in templo,
Accipiens sacra pulchra a mortalibus hominibus.
Sed illam coactam abstulit, Jovis consilio,
Patruus multis-imperans Pluto,
Equis immortalibus, Saturni nobilis filius.
Quamdiu igitur terram & caelum stellatum
Videbat Dea, & mare aestuans piscosum
Radiosque Solis, & adhuc sperabat matrem venerandam
Se-esse-visuram, & genera Deorum aeternorum:
Tamdiu ei spes mulcebat magnum animum, quamvis lugenti.

Re-

Reſonabant autem montium cacumina & profunda maris
Voce immortali: eamque percepit alma mater.
Acer vero ejus animum dolor invaſit, & ſuper comis
Ambroſiis vittam diſcidit manibus ſuis,
Caeruleumque velamen ambobus circumjecit humeris,
Seque concitavit, inſtar volucris, per terram & mare
Quaerens. Sed illi nemo vera dicere
Voluit, neque Deorum, neque mortalium hominum,
Neque volucrum quaequam illi vera nuntia venit.
Novem deinceps dies per terram alma Ceres
Vagabatur, ardentes faces in manibus tenens,
Nec unquam ambroſia & nectare dulci
Fruebatur moerens, neque corpus ſuum immergebat lavacris.
Sed poſtquam decima ei advenerat lucida aurora,
Occurrit ei Hecate, lumen in manibus gerens;
Et vero hanc nuntians allocuta eſt, & dixit:
Alma Ceres, tempeſtiva-adferens, ſplendida-donis,
Quis Deorum caeleſtium aut mortalium hominum
Rapuit Proſerpinam, & tuum afflixit animum?
Vocem enim audivi, ſed non vidi oculis,
Quinam eſſet. At tibi celeriter dico vera omnia.
Sic dixit Hecate. Illi autem non reſpondit ſermone
Rheae crines-decorae filia, ſed ſubito cum illa
Proripuit-ſe, ardentes faces in manibus tenens.

So-

Solem vero adierant, Deorum speculatorem atque hominum,
Steteruntque ante equos; & rogavit sancta Dearum:
Sol, reverere me Deam propter, si unquam tibi
Vel verbo, vel facto cor & animum hilaravi!
Filiam, quam peperi, dulce germen, forma egregiam:
Cujus anxiam vocem audivi per aëra vacuum,
Tanquam violatae, verum non vidi oculis:
Sed, tu enim omnem terram & pelagus
Aethere ex sacro despectas radiis,
Vere mihi dicas: caram natam, sicubi vidisti,
Quisnam absente me rapuerit invitam vi
Aufugiens, vel Deorum vel etiam mortalium hominum.
Sic dixit: Illi autem Hyperionis filius respondit sermone:
Rheae crines-decorae filia, Ceres regina,
Audies; certe enim magnopere te veneror, & misereor
Lugentis natam proceram. Sed nemo alius
Causam habet immortalium, nisi nimbos-ciens
Qui eam dedit Orco florentem Jupiter conjugem,
Fratri *suo*. Ille autem sub tenebras caligantes
Raptam equis duxit magna-voce clamantem.
Verum, Dea, comprime gravem luctum: minime te decet
Temere & frustra indomitam exercere iram; haud te indignus
Gener inter immortales multis-imperans Pluto,

Fra-

Frater & consanguineus; praetereaque honorem
Sorte-tulit, cum primum tripartita divisio fieret,
Ut cum iis habitet, quorum sortitus-est dominatum.
Sic locutus, equos increpuit. Illi vero territi minis
Raptim egerunt celerem currum, extentis-alis ut volucres.
Illi autem dolor gravior & crudelior invasit mentem.
Irataque deinde atris-nubibus-cincto Saturnio,
Vitans Deorum concilium & altum Olympum
Abiit ad hominum urbes & pinguia culta,
Formam tegens per longum tempus. Nec ullus virorum
Conspiciens *eam* agnovit, aut profunde-succinctarum mulierum,
Ante quam Celei prudentis advenit domum,
Qui tum Eleusinis odorae rex erat.
Consedit autem prope viam, imo afflicta pectore,
Parthenium ad puteum, unde hauriebant cives,
Sub umbra, quippe superne natus-erat frutex olivae,
Anui grandaevae similis, quae partu
Arcetur, donisque coronas-amantis Veneris:
Quales nutrices sunt jura-dantium regum
Filiorum, & promae per aedes sonantes.
Illam autem viderunt Celei Eleusinidae filiae,
Venientes ad aquam haustu-facilem, ut ferrent
Situlis aeneis caras ad aedes patris,
Quatuor, instar Dearum, juventutis flore conspicuae,

Callidice, & Clisidice, Demoque venusta,
Et Callithoë, quae illarum natu-maxima erat omnium;
Neque cognoverunt: difficiles enim Dii mortalibus adspectu *sunt*.
Prope autem stantes dictis volantibus compellarunt:
Quae, unde es, anus, grandaevorum hominum?
Quid autem ab urbe secessisti, neque domibus
Propinquas, ubi mulieres per aedes umbrosas
Simili aetate, qua tu fere, & juniores esse-solent,
Quae te exciperent-amicis & verbis & factis.
Sic dixerunt; at verbis respondit sancta Dearum:
Filiae dilectae, quaecunque estis mulierum,
Salvete. Ego vero vobis dicam; haud dedecet
Vobis rogantibus vera dicere.
Doris mihi nomen est: hoc enim imposuit alma mater.
Nunc autem ex Creta supra lata dorsa maris
Veni haud cupiens; sed vi invitam cogentes
Praedatores abduxerunt. Hi postea
Navem celerem ad Thoricum appulerunt, ubi mulieres
In continentem egressae sunt frequentes, atque etiam ipsi
Coenam sibi-paraverunt juxta retinacula navis.
Sed mihi non coenae dulcis cupidus-erat animus.
Clam vero proripiens-me per continentem nigram,
Effugi superbos dominos, ne forte, me
Nullo emtam pretio vendentes, mei fruantur pretio.

Ita

Ita huc veni errans, neque ſcio,
Quae tandem terra ſit, & quinam incolant.
At vobis omnes Olympias domos tenentes
Dent juveniles maritos, & liberos parere,
Ut optant parentes! Mei autem miſeremini, puellae,
Benevole, carae filiae, donec ad aedes venero
Viri atque mulieris, apud illos operatura
Libenter, quaecunque mulieris vetulae opera eſſe-ſolent.
Et puerum recens-natum in ulnis habens
Bene nutricarem, & aedes cuſtodirem,
Et lectum ſternerem in intimo penetralium firmorum
Herilem, & opera (*artes texendi*) docerem mulieres.
Dixit Dea; ei autem continuo reſpondit virgo indomita,
Callidice, Celei natarum formoſiſſima:
Nutrix, Deorum munera, quamvis gravate, neceſſario
Toleramus homines; namque multo potentiores ſunt.
Haec vero te plane edocebo, atque nominabo
Viros, penes quos hic ſummum eſt imperium,
Et in-populo *qui* eminent, & moenia urbis
Tuentur conſiliis & juſtis judiciis.
Haec *domus eſt* Triptolemi ſapientis, illa Dioclis,
Illa Polyxeni, & egregii Eumolpi,
Et Dolichi, & patris ſtrenui noſtri.
Horum omnium uxores aedes curant;
Quarum haud ulla te, vel primo aſpectu,

Formam aspernata, a domibus arceret;
Verum te excipient: nam sane Deae-similis es.
Sin mavis, mane, dum ad aedes patris
Eamus, & matri profunde-succinctae Metanirae
Dicamus haec omnia ordine, si forte te jusserit
Nostram domum venire, nec aliorum aedes quaerere.
In-senectute-genitus ei filius in conclavi solido
Sero-natus nutritur, exoptatus & gratissimus.
Si hunc enutrires, & pubertatis metam contingeret,
Facile aliqua tibi mulierum
Invideret: tanta tibi nutricia daret!
Sic dixit; & haec annuit capite. Illae vero splendentia
Impleta aqua ferebant vasa exsultantes,
Celeresque patris venerunt magnam domum, statimque matri
Nuntiarunt, quae viderant atque audiverant. At illa confestim
Ire-eas jussit & arcessere ingente mercede.
Hae vero, sicut aut cervae aut vitulae veris tempore
Saliunt per pratum, saturatae animum pastu,
Sic hae, attollentes peplorum rugas decororum,
Properabant ad cavatam plaustris-viam, comaeque circum
Humeros quassabantur, croceo flori similes.
Invenerunt autem prope viam praeclaram Deam, ubi antea
Reliquerant; & deinceps caras ad aedes patris

Duxerunt: haec vero pone, imo afflicta pectore
Ibat capite velato, & peplum
Caeruleum circum teneros Deae ſtrepitabat pedes.
Confeſtimque ad aedes pervenerunt Jovis-alumni Celei,
Et perrexerunt per porticum eo, ubi illis veneranda mater
Sedebat juxta poſtem triclinii affabre ſtructi,
Infantem ſub ſinu habens, recens germen. Illae autem ad eam
Currebant; at vero haec limen conſcendit pedibus, & ecce! trabem-tecti
Tetigit capite, implevitque fores ſplendore divino.
Sed illam pudorque & admiratio & pallidus horror cepit;
Ceſſitque ei ſella, & ſedere juſſit.
At noluit Ceres, tempeſtiva-praebens, ſplendida donis,
Sedere in ſella magnifica,
Sed tacita conſtitit, oculos pulchros dejecta:
Usque dum ei poſuit Jambe honeſta
Compactum ſedile, ſuperque albam injecit pellem.
Ibi conſidens praetendit-ſibi manibus velamen comarum.
Diu vero vocem-comprimens dolore ſedit in ſella,
Nec ulli aut verbo ſe-adjunxit, aut facto,
Sed miſerrima, non-guſtans cibum neque potum,
Sedit, deſiderio tabeſcens profunde-ſuccinctae filiae:
Usque dum facetiis eam Jambe honeſta
Multum cavillata, commovit dominam caſtam,

 Ut

Ut rideret-leniter, & hilarem haberet animum:
Quae quidem ei & poftea placuit moribus.
Illi autem poculum Metanira porrexit dulci vino
Impletum; fed renuit: nam fas fibi *effe* negavit,
Bibere vinum rubens: juffit vero farinam & aquam
Dare mixtam ad-bibendum pulegio contrito.
Illa autem mifturam confectam Deae porrexit, ut jufferat:
Qua accepta, facro-honore primum-potita-eft alma Ceres.
Colloquium vero exorfa-eft pulchre-cincta Metanira:
Salve, mulier! haud enim te ex vilibus opinor parentibus
Effe, fed nobilibus; quoniam in-oculis tibi elucet pudor
Et gratia, qualis jura-dantium regum.
Sed Deorum munera, quamvis gravate, neceffario
Toleramus homines; nam jugum cervici incumbit.
Jam vero cum venifti huc, *tibi* aderunt, quaecunque mihi *bona*.
At filium mihi nutri hunc, quem fero-genitum & infperatum
Praebuerunt immortales; exoptatiffimus autem mihi eft.
Si hunc enutrires, & pubertatis metam contingeret,
Facile aliqua tibi mulierum tenerarum
Invideret: tanta tibi nutricia darem!
Hanc vero rurfus allocuta-eft pulchre-coronata Ceres:
Et tu, mulier, multum falve! Dii autem tibi bona largiantur!

Filium vero tibi lubens suscipiam, sicut me jubes,
Nutriamque. Non eum, spero, per-inscitiam nutricis
Aut incantatio laedet, aut hypotamnum.
Novi enim remedium multo efficacius hylotomo;
Novi etiam ad incantationem nocentissimam bonum remedium.
Sic locuta, fragranti *eum* excepit sinu,
Manibusque immortalibus; & laetata-est animo mater.
Sic illa Celei prudentis illustrem filium,
Demophontem, quem peperit pulchre-cincta Metanira,
Enutrivit in aedibus; at ille crevit deo similis,
Nec sane panem edens, nec sugens. Ceres *eum*
Ungebat ambrosia, quasi Dei progeniem,
Dulce afflans, & in sinu gestans:
Noctu vero occultabat ignis vi, tanquam torrem,
Clam caris parentibus. Illis autem magno miraculo fuit,
Quanto vigore exortus-sit, Diis adspectu similis.
Atque eum factura-erat senii-expertem & immortalem,
Nisi per-stultitiam pulchre-cincta Metanira,
Nocte observans, fragranti ex thalamo
Inspexisset: ejulavit autem, & ambo sibi-percussit femora,
Timens suo filio, & magno furore-turbata est mentem,
Et lamentans dictis volantibus *eum* allocuta-est:
Fili Demophon, hospita te igne multo
Occultat, mihi autem moerorem & curas tristes efficit.

Sic

Sic dixit ingemens, eamque audiit sancta Dearum.
Illi autem irata pulchre-coronata Ceres,
Filium carum, quem insperatum in aedibus pepererat,
Manibus immortalibus a se deposuit in terram,
Ereptum igni, animum incensa iris saevissimis,
Et simul allocuta est pulchre-cinctam Metaniram:
Inscii homines & dementes, neque boni
Sortem venturi praesagientes, neque mali!
Et tu enim ex stultitia tua ingens damnum cepisti!
Testis enim sit Deos obstringens, implacabile Stygis flumen!
Immortalem tibi & senectae-expertem per omne aevum
Filium carum factura-eram, & sempiternum largitura
honorem.
Jam vero non licet ei, mortem & saevas Parcas effugere;
Honor autem immortalis semper aderit, quod genibus
Nostris exceptus est, & in ulnis dormivit.
At vero in progressu temporum huic, circumvolutis annis,
Filii Eleusiniorum bellum & pugnam diram
Semper invicem concitabunt per omne aevum.
Sum autem Ceres honorata, quae maximum
Immortalibus mortalibusque emolumentum & gaudium est.
Sed age, mihi templum magnum, & aram sub eo
Condant omnis populus, sub urbe altoque muro,
Super Callichorum, in prominente colle.
Orgia autem ipsa ego docebo, ut in posterum

Rite

Rite ſacrificantes meam mentem placetis.
Sic locuta Dea, ſtaturamque & formam mutavit,
Senectute dejecta, & circumcirca venuſtas ſpirabat,
Odorque jucundus fragrantibus a peplis
Spargebatur, & procul lux a corpore immortali
Effulgebat Deae, flavique capilli fluebant per humeros,
Et ſplendore implebatur ſolidum cubiculum, tanquam fulguris.
Exiit autem ex aedibus. At illius ſubito genua ſoluta-ſunt;
Ex per-longum voce caruit tempus, neque filium
Recordata eſt ſero-genitum de pavimento tollere.
Hujus autem ſorores vocem audierunt miſerabilem,
Et a bene-ſtratis lectis deſiluerunt: *quarum* haec deinde
Infantem manibus ſublatum, ſuo excepit ſinu;
Illa ignem accendit; illa autem properavit pedibus teneris
Matrem excitatura fragranti e thalamo.
Congregatae autem illum circum lavarunt palpitantem,
Amantiſſime-complectentes; ſed ejus non delinitus-eſt animus;
Deteriores enim jam eum habebant altrices atque nutrices.
Illae quidem per-totam-noctem venerandam Deam placabant
Metu concuſſae; at ſimul aurora illucente
Late-potenti Celeo vere narrabant,
Quaecunque juſſerat Dea, pulchre-coronata Ceres.
Ille vero ad concionem vocans immenſum populum

Juſſit comas-decorae Cereri opimum templum
Condere & aram, in prominente colle.
Hi autem continuo paruerunt, obedientes dictis,
Et exſtruxerunt *templum*, ſicut juſſerat: illud vero excrevit divino fato.
Sed poſtquam abſolverant, & deſtiterant a labore,
Iverunt ſuam quiſque domum. At flava Ceres
Ibi conſidens, caelicolis ſeorſum ab omnibus,
Permanſit, deſiderio tabeſcens alte-cinctae filiae.
Graviſſimum vero annum ſupra tellurem feracem
Effecit hominibus & crudeliſſimum; neque ullum terra
Semen emiſit; abſcondebat enim coronis-laeta Ceres.
Multaque curva aratra fruſtra boves traxerunt in arvis,
Multumque hordeum albens irritum incidit terrae.
Et ſane univerſum periiſſet genus voces-articulantium hominum
Fame gravi, munerumque celebrato honore
Ac victimarum privaſſet Olympias domos tenentes;
Niſi Jupiter ſenſiſſet, & in-ſuo deliberaſſet animo.
Irin vero primum aureis-alis delabi-juſſit ad vocandam
Cererem crine-decoram & forma egregia.
Dixit; at illa Jovi atris-nubibus-cincto Saturnio
Paruit; & intervallum percurrit velociter pedibus.
Adiit autem urbem Eleuſinis odorae,
Invenitque in templo Cererem caeruleo-peplo-ornatam;

Et

Et eam vocans dictis volantibus allocuta est:
Ceres, vocat te pater Jupiter haud-irrita decernens,
Ut venias ad gentes Deorum aeternorum.
Quare ito, neque caducum sit, quod nuntio, verbum Jovis!
Sic dixit obsecrans; at hujus non inflectebatur animus.
Rursus deinceps pater felices Deos sempiternos
Omnes ad-*eam* legavit. Et alius-alium subsequentes
Vocabant, & multa dabant insignia dona,
Honoresque, quoscunque vellet inter immortales habere;
Verum haud quisquam flectere potuit mentem & sententiam
Toto-animo irascentis; sed obstinate renuit verbis.
Negavit enim, odorum Olympum
Prius se-esse-conscensuram, aut prius terrae fructum emissuram,
Quam vidisset oculis suam formosam filiam.
Quae postquam audierat grave-sonans late-cernens Jupiter,
In Erebum misit aurea-virga-ornatum Argicidam,
Qui, Plutonem mollibus hortatus dictis,
Castam Proserpinam ex tenebris caligantibus
In lucem reduceret ad divos; ut, eam mater
Oculis videns, poneret iram.
Mercurius autem non renuit, sed continuo subter profunda terrae
Velox delapsus-est, relicta sede Olympi.

Et invenit illum regem aedibus intus,
Sedentem in toro cum veneranda conjuge,
Multa reluctante ob matris desiderium: sed illa nihil dum
cessans
Rebus Deorum felicium grave intendebat consilium.
Prope vero accedens *eum* allocutus-est fortis Argicida:
Pluto, caerulee-crines, manibus imperans,
Jupiter me pater jubet inclytam Proserpinam
Reducere ex Erebo ad ipsos; ut, eam mater
Oculis videns, irae & ultionis saevae
In-immortales finem faciat. Nam grave molitur facinus:
Ut-perdat nationes imbecillas terrigenarum hominum,
Semen sub terra abscondens, minuensque honores
Immortalium; horribilem vero exercet iram, neque Diis
Se immiscet, sed seorsum odoro in templo
Sedet, Eleusinis arduam-saxis urbem tenens.
Sic dixit; subrisit autem rex inferorum Pluto
Superciliis, neque neglexit Jovis regis mandatum.
Confestimque hortatus-est prudentem Proserpinam:
I, Proserpina, ad matrem caeruleo-peplo ornatam,
Mitem in pectore animum atque ingenium gerens;
Neque moereas graviter supra-modum frustra.
Haud tibi inter immortales indignus ero maritus,
Germanus patris Jovis. Sed huc cum-veneris,
Domineris omnibus, quaecunque vivunt & moventur,

Ho-

Honoribus fruaris inter immortales maximis.
Improborum vero poena erit per omne tempus,
Si qui non victimis tuum animum placant,
Rite sacra-facientes, justa munera persolventes.
Sic dixit; at laetata-est prudens Proserpina,
Subitoque exiluit gaudio. Verum ille ei
Mali-punici granum dedit edendum dulce clanculum,
Ad se tractae, ne maneret dies omnes
Illic apud venerandam Cererem caeruleo-peplo-ornatam.
Equos autem ante currui aureo
Subjunxit immortales multis-imperans Pluto.
Illa vero currum conscendit; juxtaque fortis Argicida,
Habenas & flagellum capiens manibus suis,
Agitavit ex aedibus; illique haud segnes volabant.
Raptimque longa itinera emensi-sunt: neque mare,
Neve unda fluminum, neve convalles herbosae,
Equorum immortalium, neve juga, tardaverunt impetum;
Sed super illa profundam caliginem sciderunt euntes.
Sistebat vero agens, ubi morabatur pulchre-coronata
Ceres,
Templum ante odorum. Sed illa ut-vidit,
Prosiluit, sicut hinnulus montis per umbrosam silvam.
Proserpina vero ex-altera-parte
Matri suae obviam
Desiluit ut-curreret

Illi autem . . . .
. . . .
. . . .
Nata, nihilne . . . .
Cibi? Loqu. . . . .
Sic enim rediens . . . .
Et mecum una & cum patre atris-nubibus-cincto Saturnio
Habites, omnibus honorata immortalibus.
Quodsi vero gustasti, denuo profecta sub profunda terrae
Deges temporum tertiam partem quovis anno,
Duas vero apud me & caeteros immortales.
Sed quando floribus terra bene-olentibus vernis
Omnigenis viret, tunc ex tenebris caligantibus
Rursum ascendes, ingens miraculum Diis mortalibusque hominibus.
Et quonam te decepit dolo fortis Pluto?
Huic contra Proserpina formosa respondit:
Equidem tibi, mater, dicam vera omnia.
Cum Mercurius, utilitatum-auctor, nuntius celer,
A patre Saturnio & caeteris caelitibus,
Veniret *me*-reducturus, ut oculis me videns
Finem faceres in immortales irae & ultionis saevae;
Subito ego exsilui gaudio. Ille vero clanculum
Injecit mihi mali-punici granum, dulcem escam,
Invitamque vi me coëgit gustare.

Quo-

Quomodo autem me raptam, Saturnii arcanum per conſultum
Patris mei, abſtulerit ſub profunda terrae:
Dicam, & omnia ediſſeram, ut rogas.
Nos fere omnes per amoenum pratum,
Leucippe, Phaenoque, & Electra, & Janthe,
Atque Melite, Jacheque, Rhodiaque, Calliroeque,
Meliboſisque, Tycheque, & Ocyroe roſea,
Chryſeïsque, Janiraque, Acaſteque, Admeteque,
Et Rhodope, Plutoque, & venuſta Calypſo,
Atque Styx, Uraniaque, Galaxauraque amanda,
Pallasque pugnam-excitans, & Diana ſagittis-gaudens,
Ludebamus, atque flores carpebamus manibus jucundos,
Miſtim crocumque mollem, & gladiolos, atque hyacinthum,
Et roſeos calyces, & lilia, mira viſu,
Et narciſſum, quem produxit praeclariſſimum lata tellus.
At ego carpebam-mihi gaudens. Terra autem ſubter
Hiavit; & inde proſiluit rex fortis Pluto,
Abſtulitque *me* ſub terram in aureo curru,
Multa detrectantem; clamavi autem intenta voce.
Haec tibi, quamquam triſtis, vera omnia narravi.
Sic tum totum diem concordia junctae animos,
Plurimum ſibi-viciſſim mentem & animum hilarabant,
Amantiſſime-ſe-complectentes; & a doloribus requievit animus;
Gau-

Gaudiaque acceperunt invicem & dederunt.
Has autem prope accessit Hecate tenui-vitta nitida,
Multumque complexa-est puellam Cereris castam,
Quod sibi ministra & comes fuerat regina.
His vero nuntiam misit grave-sonans late-cernens Jupiter
Rheam crine-decoram, quae Cererem caeruleo-peplo-ornatam
Duceret ad nationes Deorum; & pollicitus-est, honores
Se-daturum, quoscunque optaret inter immortales Deos;
Annuitque ei puellam anni circumvolventis
Tertiam partem sub tenebris caligantibus,
Duas vero apud matrem & caeteros immortales.
Sic dixit; nec recusavit Dea Jovis mandata,
Sed repente delapsa Olympi jugis,
In Rharium venit, fertile uber agri
Ante, sed tunc minime fertile; verum sine-aristis
Jacebat, omnique-folio-orbum, & abscondebat hordeum albicans,
Consilio Cereris pedes-venustae; sed fas erat, postea
Statim longis florere spicis,
Vere crescente, soli autem pingues sulcos
Horrere spicis, illaque in manipulos ligatum iri.
Huc descendit primum ex aethere vasto.
Et libenter se conspexerunt invicem, & laetatae-sunt animo.
Illam vero sic allocuta-est Rhea tenui-vitta-nitida:


Veni,

Veni, nata! vocat te grave-sonans late-cernens Jupiter,
Ut-venias ad gentes Deorum; & pollicitus-est honores
Se-daturum, quoscunque optares inter immortales Deos;
Annuitque tibi puellam anni circumvolventis
Tertiam partem sub tenebris caligantibus,
Duas vero apud te & caeteros immortales.:
Ita promisit futurum, suoque annuit capite.
Quare eas, nata mea, & pareas, neque nimis
Immodice irascaris nubibus-atris-cincto Saturnio;
Sed statim fructum augeas vitalem hominibus.
Sic dixit; neque recusavit pulchre-coronata Ceres.
Statimque fructum produxit arvorum glebosorum;
Et omnis foliisque & floribus lata tellus
Inhorruit. Sed illa abiens jura-dantibus regibus
Monstravit, Triptolemo, & Diocli equorum-domitori,
Eumolpoque forti, Celeoque duci populorum,
Ministerium sacrorum, & instituit orgia pulchra,



Triptolemoque, Polyxenoque, super hosque Diocli
Sancta, quae haud fas est negligere, neque explorare,
Neque dolere; magna enim Deorum reverentia reprimit
vocem.
Felix, qui illa vidit terrestrium hominum!

Qui autem non initiatus ſacris neque particeps *eſt*, numquam ſimili
Sorte gaudet, mortuus quidem ſub caligine ſitu-horrida.
Sed poſtquam omnia praeceperat ſancta Dearum,
Perrexerunt ire in Olympum, Deorum ad coetum caeterorum:.
Ibi autem habitant apud Jovem fulmine-laetum;
Sanctae atque venerandae. Beatiſſimus, quem illae
Benigne amant terreſtrium hominum!
Nam ſtatim huic mittunt ſemper-praeſentem in magnas aedes:
Plutum, qui hominibus divitias mortalibus largitur.
At tu, quae Eleuſinis odorae civitatem tenes,
Et Parum circumfluam, Antronemque ſaxoſam,
Alma, ſplendida-donis, tempeſtiva-adferens, Ceres regina,
Ipſa, & filia, pulcherrima Proſerpina,
Propitia pro cantu vitam jucundam praebe!
Verum ego & tui & alius memor-ero cantici.



ELOGIUM

Marsh

TIBERII HEMSTERHUSII,

AUCTORE

DAVIDE RUHNKENIO.

Editio secunda castigatior,

Cui duae *Richardi Bentleji* Epistolae ad *Hemsterhusium* accedunt.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD SAM. ET JOH. LUCHTMANS.
MDCCLXXXIX.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]



PRAEFATIO.

Cum mihi magistratum academicum deponenti publice dicendum esset, perfectam Critici formam in Tiberio Hemsterhusio *spectandam exhibui. Quod orationis argumentum omnibus tam jucundum accidit, ut me nunquam meminerim attentius audiri. Erant etiam, qui hanc orationem quam primum edi cuperent, ut, quam voluptatem illa audienda ceperant, eandem illa le-*

 gen-

genda iterum capere possent. Quorum voluntati me facilem praebui. Sed quoniam hujusmodi orationes, semel lectae, fere abjici solent, & in oblivionem abire, meae cavendum putavi forma ejus sic immutanda, ut non tam oratio, quam elogium esse videretur. Elogium *hac significatione non satis Latinum esse scio. Sed temporum nostrorum consuetudini aliquid dandum fuit.*

ELO-



ELOGIUM

TIBERII HEMSTERHUSII.

Nulla facile ars ac disciplina plus vel invidiae, vel infamiae suscepit, quam quae a primario, quod in judicando cernitur, munere Critica vocatur. Haec aliquando incidit in ingenia furiosa, quae nullo rationis tanquam freno coërcerentur, aliquando in jejuna & angusta,

quae non caperent tantae rei vim & auctoritatem. Duplex igitur, pro ingeniorum dissimilitudine, inita est Critices exercendae ratio. Illi firma, nec ullo modo commovenda, temere convellebant, & certa incertis conjecturis vexabant: hi nihil aliud, nisi materiam e libris manu scriptis comportabant, in rebus ipsis & sensibus scriptorum explicandis muti, in verbis & formulis ad grammaticam normam exigendis loquaces & rixosi. Utrique cum sibi Criticorum nomen arrogassent, &, facili plebe literaria, tenuissent, hominum vitia, ut fieri solet, ad ipsam artem traducta sunt, & Critica, modo temeritatis & audaciae mater, modo nugatoria syllabarum auceps, dici haberique coepit. Quam invidiam, non mirandum est, diutius in Critica, quam in ulla alia di-

sci-

ſciplina, cui per ſimilem iniquitatem labes adſperſa eſſet, haeſiſſe. Etenim ceterae artes, magnam partem populares, & communi intelligentiae patentes, facile inveniunt, qui, cauſſa cognita, calumniam depellant. Critica, plures difficultate & rerum diſcendarum copia & varietate deterrens, quam delectatione aliqua alliciens ad ſe & invitans, paucos omni tempore diſcipulos nacta eſt, paucos habuit patronos, qui cauſſam ſuam cognoſcerent, innocentiam tuerentur, dignitatem & gloriam vindicarent.

Cogitanti vero mihi, quae tandem optima eſſet ratio tam praeclari ſtudii commendandi, & injuria, qua premitur, liberandi, nulla commodior & efficacior occurrit, quam quae perfecti & omnibus numeris abſoluti Critici imaginem, ad

ad vivum expreſſam, ob oculos ponat. Sic enim ſpero, futurum, ut, quicunque in hoc exemplar inſpexerit, quam artem in contemtum vocare auſus ſit, in ea liberalis doctrinae omnis faſtigium eſſe fateatur.

Verum, ne cui videar Criticum, qualis nec fuerit unquam, nec eſſe poſſit, fingere, exemplar ejus ducam ab eorum aliquo, quibus omnes omnia ſumma in hac facultate tribuerunt. Nec ille longe quaerendus. Adhuc animis, vel dicam, oculis noſtris inhaeret TIBERIUS HEMSTERHUSIUS. Vix dum lacrimae, quas in ejus funere profudimus, exaruerunt.

Hic talis ac tantus vir in illis, quorum vix ſinguli ſingulis ſeculis in generis humani exemplum naſcantur, praecipuum

puum locum tenet. Quo magis, ut mediocri ingenio homines facile patimur cum libris suis occidere; sic Hemsterhusii memoria conservanda modis omnibus; & aeternitati aequanda est. Quanquam vero ad laudem ejus magnificentius, & ad communem utilitatem uberius futurum esset, si divina cum animi, & ingenii; tum doctrinae, & sapientiae bona, quibus cumulatus fuit, singulatim explicarentur, nobis tamen, quod omnia persequi infinitum est, ex ea maxime parte, qua gloriam suam inprimis fundavit; hoc est, ex Critices scientia, spectandus videtur.

Critica veterum scriptorum libros, tanquam materiam, quam tractet, & in qua versetur, sibi subjectos habet: nec angustiis certorum scriptorum terminis septa

tenetur, ſed per Poëtas, Oratores, Grammaticos, Hiſtoricos, Philoſophos longe lateque vagatur, ubique judicium & cenſuram exercens. Quam provinciam tametſi proprio quodam jure tenet, tamen, ſi quando in graviorum diſciplinarum auxilium vocata ſit, non dubitat illos fines tranſire. Sane ex quo tempore Eraſmus & Beza eam in Theologiam, Cujacius, aliique in Jurisprudentiam, ſaluberrimo inſtituto adſciverunt, ferme tam frequens eſt in his diſciplinis, quam in regno ſuo. Cenſendi vero judicandique munere ſic fungitur, ut vera a falſis & ſuppoſititiis diſcernat, fraudes ſuis veſtigiis odoretur & demonſtret, obſcuris ſive rebus ſive verbis lumen affundat, depravata corrigat, laudet recta, reprehendat vitioſa. Has Critici partes, tam difficiles, tam

gra-

graves, qui recte ſuſtinere & tueri velit, duplici praeſidio inſtructus ornatusque eſſe debet, ingenio acerrimo, & eruditione prope immenſa.

Ingenium in omnium artium, etiam leviorum, ſtudiis valet plurimum. Sed ut aliud aptius eſt Matheſi, aliud Poëticae, aliud aliis artibus, ſic Critica quoque ſibi depoſcit proprium & peculiare. Ejus autem vis omnis ex duabus animi facultatibus oritur, ex imaginum ante perceptarum celeri inſtauratione, & ex promta ac parata judicandi ſubtilitate. Finge, Criticum, qualem deformamus, impedito & corrupto ſcriptoris loco remedium quaerere, & diligenter attende, quibus mentis actionibus ad id, quod quaerit, perveniat. Altera animi facultas varias imagines ante hauſtas,

 quae

quae ad talem locum expediendum accommodatae videantur, ei celeriter et in tempore offert: altera, quid res poſtulet, atque adeo, quid ex pluribus ſimulacris animo ſimul obverſantibus deligendum ſit, eadem celeritate videt ac decernit. Ergo critica vis maxime judicatur mentis celeritate, quam Graeci ἀγχίνοιαν et εὐστοχίαν, Latini *ſagacitatem*, *ſollertiam*, *ingenii felicitatem* vocant. Haec autem ſagacitas non in hominis poteſtate eſt, non ſtudio, labore, exercitatione comparatur, ſed rarum et ſingulare munus eſt unius naturae fautricis; licetque adeo, quod Democritus de Poëta dixit, ad Criticum transferre: *Criticus non fit, ſed naſcitur.* Tali ingenio praediti cum perraro exoriantur, non mirum ſit, magnam excellentium Criticorum et nunc eſſe, et ſemper fuiſſe

pau-

paucitatem. Quod vero diximus, ingenium hac in re plus valere, quam artem ac disciplinam, hoc argumento intelligi potest. Multi, iique praeclarissimi viri, cum studiorum genere, ad quod ab ipsa natura deducerentur, relicto, se ad Criticam contulissent, eruditione sibi, quod natura negarat, parare conati sunt, ingeniique vicarium, artificium quoddam assumserunt. Quorum conatus, noli quaerere, quam infeliciter cesserit. Quanta eruditionis, de Graecis fontibus ductae, copia fuerit in Jo. Meursio et Ez. Spanhemio, nemo ignorat, nisi qui ipsam antiquitatem Graecam ignoret. At illi ipsi, cum vim facere naturae, et Criticam exercere instituunt, quam sunt dissimiles sui! Duo praestantissimi viri, N. Heinsius et P. Burmannus, omne studium suum in Poëtis Latinis expolien-

dis consumserunt, pari uterque eruditione, sed dispari acute sentiendi & feliciter divinandi facultate. Alter igitur Poëtarum Latinorum sospitator dictus est, alter non potuit in tantae gloriae societatem venire.

Haec vero Critici materies indolesque in Hemsterhusio tanta fuit, ut natura, quid in tali ingenio fingendo posset, in eo potissimum experta esse videatur. Omnes in illo talem oculorum aciem, qualis lyncibus & aquilis tribui solet, mirabantur. Sed profecto mentis acies multo miranda magis. Nihil tam abditum erat, tam nihil retrusum, quod ejus acumen falleret. Nihil tam depositum ac prope conclamatum, cui non vitam & salutem redderet. Nihil tam artificiose simulatum, quin fraudem facile sentiret,

ret, & indiciis suis teneret. Talis tam felicis Critices illustre documentum dedit in Xenophonte Ephesio. Hic scriptor, aetate demum nostra, mendose & negligenter editus in Italia, nativa sua venustate Hemsterhusium invitarat, ut non solum quae quid vitii traxissent, emendaret, sed plurium etiam verborum lacunas de conjectura suppleret. Post Dorvillius V. C. eundem scriptorem iterum ad Codicem MS. exigi jussit. Quid quaeris? Nullus unquam vates Hemsterhusio repertus est verior. Nam vetus codex lectiones & lacunarum supplementa sic, ut ille divinando restituerat, plerisque locis repraesentabat.

Etsi vero permagnum Critico praesidium est in mentis vi & sollertia, nemo tamen omnia in eo posita putet. Compa-

parandum eſt alterum inſtrumentum; eruditio; quae ut parum aut nihil ſine ingenio, ſic ſine eruditione ne perſpicaciſſimum quidem ingenium quicquam effecerit. Recte Crates Mallotes, quem haec ipſa ars nobilitavit, apud Sextum Empiricum, in Critico requirit omnis liberalis doctrinae, quam Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, ſcientiam. Si igitur ad Criticam adſpirare velis, de Cratetis praecepto, ante Grammaticam, non vulgarem iſtam, ſed altiorem, percipias, habites in Poëtis & Oratoribus, peragres latiſſimum hiſtoriae campum, mente complectaris univerſam philoſophiam, & his omnibus adjungas Matheſin, maxime partes illas, quae mentem exacuunt ad verum cernendum. Ex tanta tot artium ac diſciplinarum ubertate Critica demum effloreſcit et redundat:

dat: tali instructu ornatuque eam oportet esse comitatam.

Equidem vereor, ne hac rerum discendarum multitudine commemoranda restinguam potius juventutis studia, quam incendam. Sed quid faciam? Non alius ad pulcerrimam artem aditus patet, nec aliis gradibus Hemsterhusius ad id, quod in illa summum est, escendit.

Juvat igitur, non modo quam praestans & inusitata ejus eruditio fuerit, sed etiam qua via & ratione ad illam pervenerit, explicare. Quod dum facimus, pars vitae Hemsterhusianae, ut ad cognoscendum jucundissimae, sic ad imitandum utilissimae, breviter attingenda erit.

Puerulus (*) literarum initia eum ab idoneis magistris percepit, tum a patre, Francisco Hemsterhusio, qui salutarem artem, quam profitebatur, cum politioribus literis conjunxerat, & peregrinandi studio ductus, omnem fere Europam lustrarat. Vis ingenii sic ante annos in Hemsterhusio nostro eluxit, ut multi, quibus carus erat, timerent, ne non vitalis puer esset, aut ingenium tam praecox ad frugem perveniret. Quam sollicitudinem vanam fuisse, eventus docuit. Nam eundem mentis vigorem integrum & illibatum pertulit ad extremam usque senectutem, hoc est, ad aetatis an-

(*) Natus est Groningae 1. Febr. 1685. Ab a. 1704. Philosophiae & Matheseos Professor Amstelodami: ab a. 1717. Linguae Graecae, post etiam Historiae Patriae Professor Franequerae: ab a. 1740. ejusdem Linguae & Historiae Professor Leidae. Obiit 7. April. 1766.

annum octuagesimum secundum, qui vitae ultimus fuit. Una memoria, quanquam raro, lababat, ubi proprium hominis nomen subito edendum esset.

Decimum quartum annum agens, qua aetate plerique in tirociniis haerent, jam versabatur inter cives Academiae Groningianae, & praestantissimos quosque bonarum artium magistros audiebat.

Socrates apud Platonem omnia praeclara de Isocrate adolescente auguratur, quod natura philosophia quaedam inesset in ejus mente. Simillimam Isocrateae indolem Joannes Bernoullius, Mathematicorum longe princeps, in Hemsterhusio adolescentulo, simul atque eum in disciplinam receperat, sagacissime perspexit. Idcirco nihil antiquius habuit,

quam ut philosophiae semina, quae in ejus mente laterent, proliceret, & recta cultura firmaret. Nec Hemsterhusius Bernoullii augurium fefellit. Nam tanta celeritate altiorem Geometriam percepit, & in intimos philosophiae recessus penetravit, ut magister fateretur, se, quem cum eo compararet, inter discipulos habere neminem. Atque haud scio, an multum fallamur, si altos illos & magnificos de rebus divinis humanisque sensus, qui postea se omnibus Hemsterhusii dictis factisque protulerunt, magnam partem a Bernoulliana disciplina repetamus. Ipse quidem, Bernoullium divino munere sibi praeceptorem obtigisse, cum gaudio, quod vultu & oculis proderetur, fateri solebat.

Ita cum aliquot annos exegisset in

Academia patria, Leidam venit, invitatus praecipue fama Jacobi Perizonii, qui cum ceteras humanitatis partes egregie, tum veterem historiam elegantius, quam quisquam ante eum, tradebat. Leidae tum casu quodam disjecti erant publicae Bibliothecae Codices MSS. Horum in ordinem redigendorum cura ab Academiae Curatoribus demandatur Hemsterhusio. Quod Curatorum de tantulo adolescente judicium tam felix omen in posterum tempus faciebat, ut nemo unus dubitaret, quin is aliquando Jacobo Gronovio in Graecarum literarum Professione successurus esset. Verum, vacante illa provincia, res secus cecidit, non Curatorum voluntate alienata, sed artibus eorum, qui, ne luminibus suis obstrueretur, metuebant. Data est Professio Havercampo, si minus Academiae,

at ipsorum rationibus accommodato. Sed haec latere, melius est, quam cum auctorum ignominia & dedecore in lucem proferri. Leidae cum Hemsterhusius studiorum spatia decurrebat, vix dum expleto decimo nono aetatis anno, Amstelodamum, ut juventuti studiosae viam ad Mathesin & Philosophiam praeiret, honorifice invitatur. Quis est, qui talem provinciam nactus, non totam studiorum rationem commutasset? non humaniores literas, veluti crepundia, abjecisset? Talis stultitia in alios, ab angustis doctrinae compendiis profectos, cadere poterat, in Hemsterhusium non poterat, qui praeclare sciret, quo societatis vinculo hae disciplinae inter se devinciantur. Ac reperit Amstelodami, quorum consuetudine elegantiorum literarum studium non mediocriter aleret.

Ornabat tum illam urbem ingeniosus Poëta, & disertus Poëtarum Latinorum interpres, Janus Broukhusius. In eadem tum aliquot annos degebant Stephanus Berglerus & Ludolphus Kusterus, ille veteris philosophiae scientia, hic critica facultate; uterque Graecis literis tam excellens, ut ambiguum posteris reliquerint, uter utri ea laude praestaret. Quorum amicitiam Hemsterhusius appetebat cupidissime, tenebatque eo constantius, quo magis ingenium talium virorum sermonibus ad omnis elegantiae sensum acuebatur. Hac tam felici velut contagione Broukhusius in eum transfudit Propertii, Kusterus Aristophanis amorem, salutarem deinceps utrique Poëtae futurum. Sed jam ante intervenerat, quod Hemsterhusium cum Graecis Musis artius conjungeret. Destituerat vir do-

ctus Julii Pollucis editionem, quae Amstelodami parabatur. Quaeritur, qui destitutas partes excipiat. Itur ad Hemsterhusium. Is, Graevii auctoritate impulsus, operis curam suscipit, & commentatione, juvenili illa quidem, veruntamen juvenis Hemsterhusii, eruditissimorum hominum oculos animosque in se convertit. Ipse auctor (quis enim tali aetate se ipsum contemnat?) de hoc opere satis bene sentiebat. Brevi post a Richardo Bentlejo, Britanniae Aristarcho, literas accipit, quibus quidem opera Polluci navata eximie laudabatur. At eaedem literae (*) Bentlejanas emendationes in Comicorum loca, quibus Pollux a se dictis fidem & auctoritatem conciliasset, complectebantur. In quibus [illegible] Io-

(*) Has literas, ab Hemsterhusii filio nobiscum communicatas, huic novae Editioni subjecimus.

locis restituendis Hemsterhusius quoque consumserat studii plurimum, pulcre intelligens, summam rei in illis verti. Enimvero, lectis animadversionibus Bentlejanis, videt, inanem operam suam fuisse, alterum omnia divinitus expedivisse. Quo tum animo Hemsterhusium fuisse putas? Ita conturbatus est, ita sibimet ipse displicuit, ut Graecas literas in perpetuum repudiare statueret. Nec, per mensem unum & item alterum, ausus est scriptorem Graecum attingere. Hoc si alteri evenisset, quam astute id dissimulasset, quam cautionem & diligentiam, ne in vulgus emanaret, adhibuisset? At ille, ô callidum hominem! id narrare discipulis, & crebris sermonibus usurpare solebat. Nescio, quid alii sentiant. Mihi nunquam major, quam cum haec de se ingenue fatebatur, visus

D est

est Hemsterhusius. Nam acer animi morsus indicat, quos quam altos & veram gloriam expetentes spiritus pectore gesserit, erroris confessio, quantam maximarum rerum fiduciam haberet. Eleganter & vere Celsus de simili Hippocratis confessione ait: *Levia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro, convenit simplex veri erroris confessio.*

Mox tamen Hemsterhusius, cum dolori successisset cogitatio, quam inique se adolescentem cum Critico veterano, eodemque omnium principe comparasset, & secum in gratiam rediit, & cum literis Graecis. At Bentlejanae admonitionis haec vis fuit, ut apud animum constitueret, non ante se in hunc praecipi-

tem

tem locum committere, quam artium omnium copiam mente & cogitatione comprehendisset, &, quoniam in hoc maxime reprehendebatur, Comicorum versus non ante tentare, quam varia metrorum genera, Comicis usitata, penitus percepisset. Nec alium, nisi illum ipsum monitorem suum, sibi imitandum sumsit. Hunc enim mirabatur unum, hunc in oculis ferebat, hunc omnibus memoriae nostrae Criticis anteponebat, ne dissimulans quidem offensionem, si quis talis viri magnitudinem, quam consequi nulla ratione posset, per invidiam allatraret.

Inito igitur eruditionis locupletandae consilio, veteres, inde ab ingeniorum fonte, Homero, scriptores nunquam remisso studio legit: legit? immo ve-

ro excerpsit, & in horrea sua congessit, ut, quicquid vel ad utriusque linguae rationem, vel ad historiam, vel ad ritus & mores gentium; vel ad priscam sapientiam pertineret, id paratum esset, ac, si res postularet, inde continuo depromeretur.

Quam vero consuetudinem ipse in legendo tenuerat, ut a veterrimo quoque scriptore gradum faceret ad eum, qui proximus esset aetate, eandem aliis etiam atque etiam commendabat. Nam primum, ut alias opportunitates omittam (*), si hac via progrediaris, non verborum tantum, sed etiam significationum, singulis verbis & formulis attributa-

(*) Vide quae diximus Praef. ad Timaei Lex. Platon.

tarum, tanquam tempora certius constituas: cujus rei diligens observatio in linguis omnibus valet plurimum. Deinde satis constat, nihil vel bene cogitatum esse, vel bene dictum ab antiquioribus illis, quorum libros velut recte cogitandi scribendique legem & normam probamus, quod non sit variis modis imitata posteriorum sollertia. Cujus imitationis venustatem nec sentias, nec intelligas, nisi fontem, e quo profecta sit, cognoris. Thucydidis, ut hoc utar, reconditas exquisitasque sententias Hemsterhusius ita tritas notatasque habebat, ut, quid Polybius, quid Dionysius Halicarnassensis, quid Plutarchus, quid alii inde ad imitationem traxissent, e vestigio indicaret. Ex quo instituto quot quam praeclarae difficiliorum locorum & interpretationes natae sint, & emen-

emendationes, vel me tacente, intelligitur.

At qui tandem sunt illi scriptores, quos vir summus futuro Critico maxime necessarios, quos legendos, quos ediscendos putabat? Quasi vero, dicet aliquis, nesciamus, Criticos in Poëtis, Oratoribus, Grammaticis & Historicis vitae velut tabernaculum collocare.

Hic locus me admonet, ut justum meum, vel Hemsterhusii potius, dolorem & querelam effundam. Veteres hoc humanitatis studium sapientissimo consilio tam late patere voluerunt, ut & mathematicas artes, & philosophiam omnem complecteretur. Veterum auctoritatem secuti sunt viri immortales, qui seculis decimo quinto & decimo sexto, pulsa bar-

barbarie, pristinam bonis literis dignitatem restituerunt. Verum brevi post exorti sunt literatores, qui, finibus illis latioribus per summam ignaviam contrahendis, sibi servarent Grammaticos, Oratores, Poëtas, Historicos, valere juberent Mathematicos & Philosophos. Sic humanitatis disciplina, rebus magnam partem ex ea sublatis, prope tota facta est disciplina verborum. Ex eo tempore philosophi ejusmodi literatores cum arte sua contemserunt: literatores de humaniorum literarum contemtione ad ravim usque declamarunt, ne illud quidem intelligentes, sua culpa literarum dignitatem concidisse. Hos si ad majorum instituta revocare conemur, forsitan operam perdamus. Sed profecto, si rectis consiliis locum dare velint, una superest ratio, qua & literas & semet ipsos a con-

contemtu vindicare queant. Revellant terminos humanitatis, quos ignavia constituit, recipiant in artium chorum, quas inde ejecerunt, &, Hemsterhusii exemplo, literarum studium cum Mathesi & Philosophia conjungant.

Geometria animum a sensibus ad ea, quae mente contuemur, intelligenda traducit, acuitque in vero judicando. Et quisquam dubitabit, quin, qui hac disciplina ingenium subegerit, etiam in literis nostris, acutius cernat iis, qui nunquam attigerint pulverem eruditum? Hemsterhusio quid Geometria profuerit, sciunt, qui vel scripta ejus cognorint, vel sermones. Quicquid ex ore exibat, quicquid literis mandabatur, etiam in critico genere, facile prodebat ingenium adsuetum geometricae subtilitati. Nihil

su-

ſumebat temere, ſed a certo cognitis & perſpicuis via & ratione progrediebatur ad ea, quae inde neceſſaria conſecutione efficerentur.

Sed alia quoque Matheſis pars eſt, quam Critico dedecori ſit ignorare. Haec eſt Aſtronomia, praeſertim antiqua; ſine cujus ſcientia nec Graeci, nec Latini Poëtae, qui inde multa carminibus ſuis ornamenta petierunt, plane perfecteque intelligi poſſunt. Quo majus ſtudium vir eximius ad eam cognoſcendam attulit, nec, quamvis mitis & moderatus aliorum cenſor, ſibi temperare poterat, quin ſuaviter rideret recentiores Poëtarum interpretes, qui, ubi quid ex hac doctrina explicandum ſit, vel turpiter haereant, vel in joculares errores labantur.

Philosophiae studium eo flagrantius erat, quo magis ab ipsa natura ad illam impellebatur. Per ejus vero partes omnes sic vagatus est, ut modo versaretur in sancto Pythagorae recessu, modo in Academia Platonis, modo in Aristotelis Lyceo, modo in Zenonis porticu, modo in hortis Epicuri, ubique cum admiratione quadam deprehendens permulta, quae aetatis nostrae vanitas audet ut recens inventa jactare. Plerique veteris philosophiae studiosi vel partem ejus delibant, vel in locis amoenioribus, maxime in eo de moribus, commorantur. At Hemsterhusius ingenii sui magnitudini consentaneum judicabat, etiam partem omnium difficillimam, quae Metaphysicam complectitur, pervestigare. Nihil facile abstrusius reperias Platonis Parmenide, quo dialogo doctrina *de Ideis* expli-

catur. Ab ejus lectione vir magnus semel, iterum, tertium idem abierat, qui venerat. Verum non prius conquievit, quam quarta lectione instituenda abditos philosophi sensus eruisset, ipsa difficultate non hebetante, ut fieri solet, sed acuente studium intelligendi. Nec satis habebat veteres cognosse, sed cum Platone Leibnitium, cum Aristotele Lockium, cum aliis alios conjungebat, ut, qui sermones cum illo de veteri philosophia contulisset, nihil nisi veteres, qui de recentiore, nihil nisi recentiores, legisse putaret. Ceterum in Metaphysica quae vera certaque sint, & in quibus firme consistere possis, apud veteres se reperisse omnia dicebat. Novarum opinionum subtilitatem ut facile agnoscebat, sic earum levitatem & inconstantiam vel hoc argumento demonstrabat,

 quod,

quod, quotiescunque novus Metaphysicus existat, toties prior loco, quem tenuit, pellatur.

In variis autem veterum philosophorum familiis, earumque decretis cognoscendis, vehementer dolebat sortem historiae philosophicae, quae, tametsi Criticis uberrimam ingenii exercendi materiam praebeat, tamen ad nullam dum criticam severitatem exacta sit, involantibus fere in illam, quasi in vacuam & caducam possessionem, compilatoribus, qui nec ingenio valeant, & literarum adeo rudes sint, ut e vitiosis antiquorum philosophorum versionibus sapere, & inde summam cujusque disciplinae conficere cogantur.

Quanquam ne gentium quidem histo-

ria,

ria, cujus usus latius patet, meliore ipsi conditione esse videbatur. Haec quantum obscuritatis vel a vetustate, vel a scriptorum dissensione, vel ab aliis caussis traxerit, quam corrupta sit per partium studium, fraudem, superstitionem, & sciunt omnes, & fatentur. Veruntamen quotus quisque Criticorum in hunc patentissimum campum excurrit? quotus quisque adhibet Criticam, quasi veri obrussam? Signum ad hanc rem capessendam sustulerat Josephus Scaliger in Opere *de Emendatione Temporum*, & altero *Eusebiano*, utroque aeterno, sed laudato magis, quam lecto. At perpaucos, qui per ejus vestigia ad eandem laudem contenderent, inventos scimus. Quo magis Hemsterhusius & ipse historiam critica ratione tractabat, & disciplinae suae alumnos ad eandem rationem

amplectendam incendebat, exemplum, ad quod ſtudium dirigerent, iis proponens ſeveriſſimum reliquorum hiſtoricorum cenſorem, Polybium; cujus tanta admiratione captus erat, ut, ſi fieri poſſet, unum ejus librum deperditum plauſtris homiliarum SS. Patrum redimere vellet.

Antiquitatis eruditae, hoc eſt, Graecae & Romanae, ſtudium non ſolum ad veterum ſcriptorum hiſtoriaeque intelligentiam referebat, ſed etiam eo, ut ingenium, contuendis antiquae artis miraculis, acueret ad ſenſum elegantiae & venuſtatis, quae talibus operibus ineſſet. Nec quicquam vel cupidius, vel intelligentius ſpectabat, quam veteres gemmas, numos, vaſa, anaglypha, ſtatuas: cujus rei facultatem ipſi dabat ſo-

ce-

ceri, Jacobi Wildii museum, non paucas ejus generis reliquias servans. Hanc animo insidentem pulcri & recti speciem ubi ad recentiorum artificum opera transtulisset, non temere reperiebatur, qui cum de pictura & statuaria nostrae aetatis, tum de architectura, aliisque ejusmodi artibus elegantius judicaret. Ac saepe mirabatur, oculos vulgo per pudendam negligentiam ad nullam rem erudiri, cum aliae corporis partes, quae minus sint praestabiles, & minus oblectationis animo praebeant, studiose excolantur, aures ad concentus musicos recte sentiendos, manus et pedes ad concinnum & liberalem motum edendum. Auctor igitur erat discipulis suis, ut lineari picturae, in qua artium, quas diximus, fundamenta sunt, mature operam darent.

Sa-

Satis diximus de infinita rerum copia & varietate, quam mente complexus est Hemsterhusius. Verum ad rerum intelligentiam nullus aditus patet, nisi per exquisitissimam scientiam linguarum, Graecae praesertim & Latinae. Hic quid me attinet dicere, eum longa & accurata meditatione consecutum esse, ut Graecae linguae nativam indolem, proprietatem, & arcana omnia teneret? Notior res est & testatior, quam ut pluribus verbis explicanda esse videatur. Itaque complector brevi, &, non exaggerandae rei caussa, sed simpliciter & vere hoc dico, Hemsterhusium Graecarum scientia literarum omnino omnes, qui inde a renatis literis excellenter in iis versati sint, ipsum etiam Isaacum Casaubonum, cui doctorum hominum consensus primas deferre solet, longo post se intervallo reliquisse.

Quod

Quod ſi magna ingenia non niſi novarum rerum inventione metiamur, talem quoque ſui menſuram vir ſummus, in hoc ipſo linguarum ſtudio, praebuit, inveniendâ veriſſima Originum Graecarum ratione, ſingulari linguae Graecae, adde & Latinae, praeſidio & ornamento. Hujus analogiae tanquam filo ductus, ſimpliciſſimas verborum formas, quae binis tribusve literis conſtarent, & unâ cum iis natas ſignificationes indagavit, formas omnes & flexiones ad certam rationem revocavit, ex primariis notionibus ſecundarias, & conſequentes elicuit, earumque non ſolum cognationem, ſed etiam migrationes oſtendit, commentitias anomalias, quibus Grammatici omnia perturbaſſent, exploſit, denique tenebras linguae per tot ſecula offuſas ita diſcuſſit, ut, qua lingua nulla eſt neque

que verbis, neque formis, copiosior, eadem jam nulla reperiatur ad discendum facilior. Sed hujus rei subtiliorem & exemplis confirmandam explicationen non capit popularis scriptio. Gratulemur potius aetatis nostrae felicitati, quae, quod majores nostri optarunt magis, quam sperarunt, id non tantum in Graecis, verum etiam in Orientalibus, uno tempore & inchoatum & consummatum vidit. Etenim quod analogiae lumen Hemsterhusius linguae Graecae, id eodem tempore Orientalibus intulit Hemsterhusii civis, aequalis, condiscipulus, collega, amicus, unicus literarum, quas profitebatur, vindex, Albertus Schultensius.

Hic forsitan dicat aliquis eorum, qui nolunt eundem hominem pluribus rebus excellere: sit sane ita: habuerit Hemster-

ſterhuſius Graecarum literarum ſcientia parem neminem. At Latinarum certe regnum penes alios eſt. Ego vero non dubitem contendere, eum Latine doctiſſimos non ſolum aequaſſe, ſed, quod adjumenta quaedam haberet, nec cognita illis, nec uſurpata, ſuperaſſe. Recte vir magnus ſtatuebat, Latinam linguam Graecae ſic aptam & nexam eſſe, ut, qui alteram ab altera diſtrahat ac divellat, animi & corporis diſcidium inducere videatur. Quod cum ſibi idoneis rationibus perſuaſiſſet, eandem Latinae, quam Graecae, operam dedit, atque adeo, quoniam ejus proprium erat, nihil mediocriter ſcire, talem Latinae, qualem Graecae, facultatem conſecutus eſt. Dicam, quod ſentio, &, ut arbitror, dicam vere. Latinae linguae origines nemo mortalium ante Hemſterhuſium recte

 cogno-

cognovit. Videant Varro & alii Romani, multa ex lingua Graeca in suam venisse. Aliquanto plura, quorum origo veteres fefellisset, ex eadem lingua repetierunt Scaliger & Salmasius. Sed adhuc dubia lux erat. Enimvero, inventa Hemsterhusii ingenio Graecae linguae analogia, simul etiam Latinae ratio diluxit, patuitque clarissime, quod pauci magis suspicati erant, quam intellexerant, totam fere Latinam linguam ab Aeolica fluxisse. Restat, fateor, pars quaedam, quae invecta aliunde videatur. Verum aut fallor, aut exorietur aliquando vir doctus & ingeniosus, qui, Hemsterhusiana analogia adjutus, eam quoque partem ad Graecam originem revocet; planissimeque demonstret, omnem Latinam linguam pulcrae matris Graecae pulcram filiam esse.

Sed

Sed mittamus origines. Quantum Hemsterhusio praesidii esse debuit in Graecae linguae scientia ad Latinos scriptores rectius intelligendos? Constat inter omnes, scriptores, quos diximus, maxime Poëtas, Graecam formam singulis prope verbis expressisse, & innumerabiles lepores veneresque ex Graecis fontibus nunc apertius, nunc occultius derivasse. Nec M. A. Muretus dicere dubitavit, *eos, qui Graeci sermonis expertes sint, ne Latine quidem scripta penitus percipere posse.* Jam si cogitatione tibi fingendus sit harum elegantiarum interpres, an doctiorem Hemsterhusio reperias? Ipse vir summus sese in Latinis intelligendis sic a Graecis adjuvari sentiebat, ut interdum negaret, Poëtas eos, qui se totos ad Graecorum imitationem contulissent, nominatim Pro-

pertium & Horatium, Graece imperitis valde placere posse. Adeo multa, quae venustissima & exquisitissima sint; eorum sensum intelligentiamque fallere. Omnibus igitur modis bene a majoribus constitutam rationem, qua utriusque linguae studium conjungeretur, tuebatur, ab eaque non semel desceitum esse vehementer dolebat. Sub ipsa Academiae incunabula Leidae bonas literas docuit Justus Lipsius, perfectus literis Latinis, Graecarum mediocriter peritus. Is dicere ausus est, Graecas literas homini erudito decoras esse; necessarias non item. Quod stultissimum dictum Isaaco etiam Casaubono (*), quo non fuit lenioris naturae Criticus, vehementer bilem

(*) Vide Casauboni Epistol. 291. & 294. & Lipsii Epist. 356. in Syllog. Burm. T. I. p. 376.

lem movit. Sed bonum factum, quod tam perniciosa literis opinio nullas radices egit. Mox enim tanquam coelo missus Josephus Scaliger, cui Batavi prope omnem rectum ingenii cultum, quem ex eo tempore ceperint, si grati esse velint, acceptum referre debent, Scaliger igitur cum ceteras ingenuas artes, tum Graecas literas, earumque cum Latinis conjunctionem, in his regionibus fundavit. Scaligerana disciplina per Grotios, Heinsios, Gronovios, Graevios, & alios usque ad patrum nostrorum memoriam propagata est. Tum rursus plerique literatores, Graecis vel neglectis, vel leviter delibatis, in unis scriptoribus Latinis habitare coeperunt. Altero igitur Scaligero opus erat, qui Musas Graecas fugam parantes sisteret, atque iterum cum Latinis artissimo foedere conso-

sociaret. Is fuit Hemsterhusius, quo bonarum literarum tutelam suscipiente, brevi tanta rerum commutatio facta est, ut Athenae in Bataviam commigrasse viderentur, nec tamen quicquam de summo Latinarum literarum studio remitteretur.

Sed Latine quam doctus fuerit Hemsterhusius, etiam scribendi genus declarat, purum, emendatum, luminibus frequens, bene vinctum, inprimisque proprietatis studio & verborum delectu commendandum. Una orationi facilitas deest, non comparanda illa, nisi saepe multumque scribendo: cujus rei facultatem raro dabat Graecarum literarum Professio. In juvene, velut in laetis herbis, se profundebat luxuries quaedam, quam postea ratio & anni depaverunt.

Ha-

Hactenus virum egregium vidimus Graeciae Latiique monumenta ita tractantem, ut nunquam illa de manibus deponeret. Quo studio quantas eruditionis opes sibi compararit, supervacuum sit dicere. Eas cum primum in animadversionibus ad Lucianum protulisset, homines eruditos in stuporem & admirationem rapuit, expressitque omnibus confessionem hanc, ut dicerent, nihil simile ullam aetatem in hoc genere vidisse: magnam quidem copiam in Salmasii libris esse; sed ibi temere sacco fundi, hic omnia cum acerbo delectu, prope in Mathematicorum modum, explicari.

Atque his cum ingenii, tum eruditionis fundamentis, tam firmis, tam alte positis, tandem Hemsterhusius verae & legitimae Critices velut aedificium su-

perſtruxit. Sed critica diſciplina quomodo uſus ſit, non alienum fuerit, eruditae juventuti, quae ejus veſtigia perſequi ſtudeat, paucis exponere.

Cum ſcriptori ſive Graeco, ſive Latino criſin ſuam impertire conſtituiſſet, primum juſtam cum eo familiaritatem contrahebat, hoc eſt, cum res ipſas, tum verba, ſimilibus locis inter ſe comparatis, quanta maxima fieri poterat diligentia, cognoſcebat, recte judicans, ſui quemque ſcriptorem optimum interpretem eſſe, &, qui non ſaepius totum ſcriptorem uno tenore legiſſet, eum in emendando explicandoque turpiſſime labi. Tali notitia contracta, omnia ad certam rerum, ſermoniſque normam exigebat, difficilis, ſuſpicax, ſemper verens, ne quid ſibi fallaciae vel a librario,

rio, vel ab interpolatore ſtrueretur. Tametſi quis poterat fallere illum ſenſum & natura ſagaciſſimum, & multo literarum rerumque uſu callidiſſimum? Tenebrio nobili ſcriptori foetum ſuum ſubjecerat? Statim fraudem certis veſtigiis tenebat. Verſificator magnorum Poëtarum verſibus furtim interpoſuerat ſuos? Spurios obelo configebat. Librarius lectionem corruperat, vel ſciolus corruptam fucarat? In promtu erant omnes veri indagandi viae.

Sed, quamvis ſummam ingenii fiduciam habere potuiſſet, tamen Codicum MSS. fide inprimis nitebatur, &, quod hujus diſciplinae expertibus mirum videatur, ex eorum vel contaminatiſſima ſcriptura pulcerrimas lectiones eliciebat. Noſſe modos permutandorum in libris

priſcis verborum, utile putabat: poſſe enim tardiora ingenia talibus adminiculis ſublevari: ſed nimiam in his diligentiam contemnebat, docens hoc etiam argumento, parum inde utilitatis redire, quod, ut quisque plurimum operae in librariorum aberrationibus notandis poſuiſſet, iisque margines librorum opplevíſſet, ita nullam magnopere Critices laudem tuliſſet. Vero Critico vim ipſius ſententiae, & ſermonis proprietatem bene perſpectam, facile id, quod res poſtulet, ſuppeditare. Hic etiam locum habere illud Aſinii Pollionis: *Male eveniat verbis, niſi rem ſequantur:* vel illud Horatii, ex Aſiniano expreſſum:

Verbaque proviſam rem non invita ſequentur.

Sed

Sed duos inprimis ſcopulos, multorum naufragiis infames, & ipſe fugiebat, & alios, ut fugerent, monebat, temeritatem & ſuperſtitionem. Furorem judicabat, quod non intelligas, ſtatim urere & ſecare; amentiam, aegri capitis ſomnia in contextum invehere, abolita veterum librorum ſcriptura. Nam, ſi hoc modo graſſari liceret, brevi futurum, ut calamitas, quam Gothi & Vandali bonis libris importaſſent, prae hac levis & tolerabilis videatur. Iccirco in locis deſperatis, ubi nulla ratio eſſet difficultatis expediendae, medicinam ab integrioribus libris exſpectandam, & omnino nihil in contextu, niſi vetuſtarum membranarum auctoritate, movendum cenſebat, ne Bentlejo quidem veniam dans licentiae, quam ſibi ſumſit in Manilio recenſendo.

At vero, qui nullum audaciae locum daret, non minus repudiabat anilem religionem, quae se imperitis modestiae nomine commendare audet, & semper vulgatae, quamvis futilis & absurdae, lectionis patrocinium profitetur. Sed quae, malum! est lectio, quam tantopere jactant, vulgata? Num ex vetustis & spectatae fidei libris profecta? Num certis emendandi legibus constituta? Minime. Illa est (*), quam in suo quisque libro reperit: quae, ut aliquando veteres & bonos Codices auctores habeat, saepius tamen e libris vitiosis & interpolatis, immo ex Editorum conjecturis, fluxit. Adeo, quid defendant, non intelligunt homines inepti.

Sunt

(*) Vide Cl. Ernestum Praef. ad Tacitum.

Sunt alii, faciliores illi quidem in lectionibus, quae e membranis ducantur, admittendis, sed iidem in Criticorum emendationibus probandis difficiles & duri. Qui cum, periculo facto, senserint, se non esse eos, qui in critica ratione excellere possint, in eam partem deferuntur, ut omnium locorum, qui ingenio tententur, se vindices ferant. Ac temerarios quidem confidentium ingeniorum impetus refutari, veterumque scriptorum monimenta sarta tecta conservari, quis, qui bonas literas amet, non vehementer gaudeat? Verum in hoc tam salutari instituto frequentius obtrectatio, quam aequitas & veri studium, versatur. Nec obscurae sunt talis iniquitatis caussae. Nam, ut sumus homines, quanto praestabilior & magis expeten-

tenda ingenii laus eſt, tanto impenſius ei invidemus. Illi igitur, cum facile ſentiant, ſeſe, ſi laus omnis ingenii felicitati tribuatur, jacere, & vix honeſtos eſſe poſſe, ſtatim ſe parant ad Criticorum inventa ratiunculis quibusdam convellenda, moliuntur, ſudant, miſere ſe torquent, ut loco depravato potius qualemcunque ſenſum affingant, quam felix in vero reperiendo ingenium laudent. Ex qua obloquendi libidine, incredibile dictu eſt, quot quam durae & contortae vitioſorum locorum interpretationes manarint; ſi interpretationes dicendae ſunt, quae ſcriptorem neſcio quas ineptias dicere cogant. Tales vindicias, tantum aberat, ut Hemſterhuſius probaret, ut illis doctam aliorum audaciam praeferret. Sed longe optimum

mum & tutissimum censebat, medium sequi, quod tum a temeritate, tum a superstitione esset sejunctum.

Etsi vero vir magnus, usu sensuque edoctus, praeclare sciebat, Icaris non esse aptandas alas, hoc est, juvenes non temere ad Criticam adducendos esse, tamen sagacioris indolis adolescentes mature hujus artis veluti gustu quodam imbuebat. Quorum vires, ut erat acer & perspicax ingeniorum existimator, ante sic explorabat, primum, ut eos juberet cogitate meditateque legere illustrem aliquem veteris scriptoris locum, v. c. Livianam praefationem, vix imitanda arte conscriptam, & post, quid in tali loco maxime animum pepulisset, quid maxime placuisset, sibi referre. Tum, ubi linguae scientiam & pulcri sensum

ſibi probaſſent, in ſcriptore, ad talis aetatis captum accommodato, locum demonſtrabat, qui vitium haberet nemini animadverſum, idque inveſtigare jubebat. Reperta corruptela, quam reperire interdum difficilius eſt, quam corruptis mederi, praeſertim ubi mendoſa ſcriptura tolerabilem, nec a re abhorrentem ſenſum efficiat; ſed reperta corruptela, lene & blandum ab ingenio remedium poſtulabat. In quo ut eos, qui nullum dum Critices uſum haberent, ſublevaret, ipſe interdum vias quasdam, quae ferre ad verum inveniendum poſſent, indicabat. Si rem acu tetigiſſes, candide plaudebat ſollertiae tuae, & acerrimum laudis ſtimulum adhibebat: ſin minus, ſuam ipſe emendationem promebat, ut quaerendi & conjectandi finis fieret. Hac ratione uſurpanda vir ſummus

mus non ſolum diſcipulis ſuis facultatem dabat Critices cognoſcendae, ſed eosdem etiam conſuefaciebat in legendo judicii ſeveritatem adhibere, & ſemper animum, quid intelligat, quid minus, interrogare. Et miramur, ex ejus diſciplina plures acutioresque Criticos, quam e cujusquam ante illum, prodiiſſe? Nolim ſingulos ambitioſe commemorare. Facile, qui ſint, velut propria quadam nota, intelligendi & judicandi ſubtilitate cognoſcuntur. Unum tamen ſilentio praeterire non poſſum, germanum inprimis Hemſterhuſii diſcipulum, L. C. Valckenarium. Hic enim, quam a magiſtro accepit diſciplinam, ante Franequerae, nunc Leidae, ita tuetur & propagat ingeniis feliciter formandis, ut, Hemſterhuſio de vita ſublato, nunquam defuturi ſint, qui literas Hemſterhuſiana ra-

ratione colant. Hic utriusque linguae analogiam, quam vir immortalis impertiit quidem discipulis, sed literis mandare neglexit, ita quasi per manus tradit aliis, ut, etiam si nemo illam literis prodat, tamen ad seram posteritatem perventura videatur.

Quemadmodum vero aliis disciplina, sic aliis profuit salubri consilio suppeditando. Libenter & ingenue fateri solebat vir summus, P. Wesselingius, hunc sibi studiorum recte instituendorum auctorem fuisse. Is Hemsterhusio collega datus, non prius Franequeram, quam in intimam ejus amicitiam venit: quae ex illo tempore tam sancte & constanter culta est, vix ut aliud par amicorum conjunctius vixerit. Erat jam tum in Wesselingio magna & incredibili studio parta

ta doctrinae copia, ſed averſus a critica ratione animus. Verum cum Hemſterhuſius ei crebris ſermonibus demonſtrasſet, nullam eruditionem, quamvis variam & copioſam, eſſe veram & accuratam ſine critica diſciplina poſſe, totam ſtudiorum rationem commutavit, & poſt illa ipſa arte, quam ante oderat, nomen ſuum immortalitati commendavit.

Paullo ante de ea Critices parte, quae in depravatis corrigendis verſatur, quantum ſatis eſt, diſputavimus. Sed ejusdem etiam artis eſt, veterum ſcriptorum obſcuros ſenſus aperire: in quo, praeter vim judicandi, maxime cernitur illa nullis circumſcripta terminis eruditio. In hac autem interpretandi ratione, quanquam alio modo, non minus vulgo, quam in illa emendandi, peccatur. Sae-

pe & Hemſterhuſii & aliorum querelas audivimus, eum dicerent, ſcriptorem, quem quis interpretum enarrandum ſuſcepiſſet, onerari iis, quae ad quemvis alium ſcriptorem ſcribi poſſent, explicari, quae nemo ſibi explicari velit, in difficilioribus deſtitui lectores, res & ſententias negligi, nihil niſi loquendi formulas enarrari, & ne illarum quidem notiones ad normam, quam perfectus Criticus, J. F. Gronovius dediſſet, diſtincte & enucleate tradi, ſed temere miſceri & confundi. Hemſterhuſius vero ipſum ſcriptoris argumentum amplexus, obſcuriorum locorum tenebras modo ex hiſtoria & antiquitatis memoria, modo ex temporum ratione, modo ex interiore philoſophia, modo ex aliis artibus diſpellebat: fontes, unde quidque hauſtum eſſet, locos aliorum aucto-

rum,

rum, quos ſcriptor, quem tractaret, vel imitando expreſſiſſet, vel in tranſitu reſpexiſſet, demonſtrabat: exquiſitior verbi aut formulae vis ſi enarranda eſſet, non ille diverſarum ſignificationum, ut ita dicam, confinia confundebat, ſed tenuiſſima & aliorum ſenſum fugientia diſcrimina tam perſpicue accurateque definiebat, ut in his etiam geometricam elegantiam facile cognoſceres.

Animadverſiones, quas ſcripſit, habent beatam quandam & felicem rerum ubertatem. Nec tamen quicquam in illis alieni eſt, vel longius arceſſiti. Omnia & apte & ſuo loco dicuntur; ut mirari ſubeat, tam longas animadverſiones ſcribi potuiſſe. Sed talis copia facilis erat ei, qui omnes interiores Graeciae Latiique receſſus teneret. Ne multa: habent

bent ejus commentarii in Ariſtophanem, Lucianum, Xenophontem Epheſium, Heſychium, Thomam Atticiſtam, alios, veriſſimam bene interpretandi disciplinam, qua non extat exemplum perfectius. Quo vehementius & juſtius dolemus, Coam Venerem, Lucianum dico, ab eo non eſſe abſolutam, omninoque pauciora, quam exſpectare par erat, ex tam perenni et inexhauſto doctrinae fonte ad communem utilitatem permanaſſe.

Hujus rei quae cauſſae fuerint, cum ſaepenumero quaeri ſoleat, videor mihi reperiſſe has duas. Primum vir ſummus tanto legendi meditandique ſtudio tenebatur, vix ut inde avelli poſſet, et ad ea, quae per nimis multa, ut nobis quidem videtur, adverſariorum volumina

ſpar-

sparserat; digerenda traduci. Ne ipse quidem diffitebatur, se ad labores, praesertim jussos, quibus sibi liquida illa meditandi voluptas eriperetur, paulo esse tardiorem. Deinde cum nihil, nisi quod omnibus numeris expletum esset, a se exire vellet, majorem posteritatis, quam aetatis suae, ducens rationem, lapsus est, ut fere solent excellentissimi quique artifices, in quandam calumniam sui, ut, quantumcunque adhibuisset curae et studii, tamen nihil satis putaret. Ita, quod Plinius de Protogene, pictore, dicit, *in summa artis intentione minor erat fertilitas.* Huc accedebat, quod, quamcunque rem tractandam sumsisset, eam ita excutere, & cum pulvisculo exhaurire studeret, ut, qui posthac idem agere instituerit, omnem

sibi materiam praereptam fateretur. Quibus de caussis memoriae suae, fidissimo ceteroquin omnium, quae semel legisset, audivissetve, custodi, irasci solebat, si vel leve quiddam, quod eodem pertineret, sibi post editum librum suppeditaret.

Fuerunt, quibus in Luciano ornando nimis cunctatus videretur: a quibus petimus & quaesumus, ut ejus cunctationem comparent cum alterius, qui post ad eundem scriptorem edendum accedere ausus est, festinatione. Reperient profecto, illum cunctando rem restituisse, hunc festinando perdidisse.

Ille autem tot vigiliarum & tot annorum fructus si minus publice apparuit, non

non tamen iccirco vel exiguus esse, vel periisse existimandus est. Nam vix ullus sive Graecus sive Latinus scriptor est, in cujus margine non tales emendationes, quales a principe Criticorum proficisci par erat, notarit. Pleni sunt castigationum, ut paucorum recensione defungar, Aristophanes, Oratores Attici, Theocritus, Apollonius Rhodius, Harpocration; pleni ex poëtis Latinis, Propertius, Manilius, Valerius Flaccus. Hinc igitur praesidia, hinc ornamenta editionibus a se curandis petant Critices studiosi. Neque verendum est, ne talis thesaurus in dominos literarum rudes incidat, aut dissipatus pereat. Adhuc illum integrum servet Franciscus Hemsterhusius, unus ex tribus filiis superstes, paterni ingenii, animi, & oris imago, qui

philosophiam & mathematicas artes cum antiquitatis eruditae scientia ita conjunxit, ut, qua laude magis excellat, difficile sit existimare. Sed idem insigni liberalitate totum illum thesaurum Bibliothecae publicae Leidensi, post fata sua, donare constituit, jam nunc fidem suam per me omnibus ita astringens, ut haec publica voluntatis declaratio testamenti vim habere possit. Sic facere decebat filium, qui nobis patrem cum aliis virtutibus, tum animi magnitudine reddit.

Satis multa de Hemsterhusii ingenio & doctrina diximus. Nunc animum contemplemur, utrique facultati vel parem, vel superiorem. Nec alienum est, qui Critici nostri animus & mores fuerint,

quae-

quaerere, praesertim cum de Criticorum moribus ea inveteraverit opinio, ut nullum eruditorum genus ferocius, truculentius, magisque contentiosum habeatur. Equidem negare non possum, tales & olim fuisse, & fortasse etiam nunc esse. Addo etiam, ridiculas istorum pugnas de verbis & parvi momenti rebus Criticam non leviter infamasse. Veruntamen quis tam iniquus judex est, ut hominum vitium ad artis contemtionem trahat? Nisi vero Jurisprudentia contemnenda est, quod inter Jurisconsultos rabulae, aut Medicina, quod inter Medicos circulatores reperiuntur. Nolim hujus opinionis levitatem cum pari conjunctam iniquitate, pluribus verbis refellere. Sunt Hemsterhusii mores optima Criticorum apologia. Cujus enim

famam & existimationem ille unquam scriptis suis laesit? Cujus dissensionem, in tanto doctrinae fastigio, non facile ac leniter tulit? Ne tum quidem, cum res & locus postularent, superbiam maximis meritis quaesitam sumsit. Quid? tantum absuit, ut aliorum errores exagitaret, ut stultos etiam patientius ferret, quam necesse videretur. Erat Theologus, qui saepe in circulis, ipso praesente, Pindaros, Sophocles & Demosthenes, quos nunquam legerat, loqueretur, eosque velut in lance positos modo tolleret judicio suo, modo deprimeret, omninoque, ut in Latinorum proverbio est, spectante Roscio, gestum in scena ageret. Cum Joannes Albertus, & ceteri, qui aderant, intentis in Hemsterhusium oculis exspectarent, ut hominis vanitatem & impu-

prudentiam comprimeret, ille ne verbum quidem. Cur enim, dicebat, hunc minus patiar ingenio suo frui, quam alios, coram me & Schultensio, in pari inscitia, de pulpitis jactantes Graecarum & Orientalium scientiam literarum?

Sed non est, quod magnopere miremur aut aliorum intolerabilem fastum & superbiam, aut hujus amabilem humanitatem. Illi enim ex his studiis nullum, nisi eruditionis, fructum petunt: cujus vis quae potest esse in animum & mores? Hic non unam eruditionem, sed inprimis vitae & morum elegantiam, omnique veram sapientiam inde sibi hauriendam ducebat. Ac morum quidem venustas non solum per ejus libros fusa

est,

est, sed etiam in sermonibus, omnibusque vitae actionibus ita lucebat, ut non tam sibi & Musis vixisse, quam inter fortunatos beatosque homines aetatem egisse videretur. Sermo familiaris etsi cum accuratius & eruditius erat, aut meditatum diceres, tamen nihil habebat affectationis molestae. Immo haec gravitas temperabatur incredibili humanitatis festivitatisque condimento. Nam & ipse naturae vi abundabat sale atque urbanitate, & praeterea omnem leporum et facetiarum florem ex antiquis et novis scriptoribus libarat. Itaque vix alium ex eruditorum ordine vidimus, cujus consuetudo a principibus etiam viris impensius expeteretur. Non habet patria proceres illustriores, prudentiores, et bonis artibus ad omnem humanitatem magis

gis excultos, quam fratres, Guilielmum et Carolum Bentinckios. Atqui illi fateri et prae se ferre non dubitant, se nunquam, nisi meliores aliqua parte et doctiores, ab Hemsterhusio discessisse. Ac nescio, majorine gloriae sit Hemsterhusio, Bentinckiis placuisse, an Bentinckiis, Hemsterhusii virtutes intellexisse.

Animus ejus erat, qualem esse oportebat tot sapientum praeceptis conformatum, unius verae & solidae virtutis admirator, contemtor rerum fluxarum & humilium. Roboris quantum in eo fuerit, hoc documento cognoscere licet. Venerant ad eum Franequeram nobilissimi e primaria gente Wassenaria hospites, biduum hilare sumturi. Cum omnes

accubuiſſent, animis ad laetitiam remiſſis, ecce, literis fit certior, filium ſummae ſpei, Jacobum, qui ſibi decus ex militia navali petebat, procul a patria morte immatura periiſſe. Quid ille? Vultu nihil mutato ſeponit literas, ſimulat hilaritatem, acerbiſſimumque dolorem per biduum pectore premit, quod jucunditatem, cui ſe hoſpites dederant, muliebri & nihil profutura ejulatione cõntaminari nolebat. Tali conſtantia germanus ille Socraticae diſciplinae alumnus, Xenophon, nuntiata inter ſacrificandum filii Grylli morte, luctum diſtulit, dum ſolemne ſacrificium peregiſſet.

Oſtentationem & inanem pompam odebat cum in reliqua vita, tum in docendo; ut exteri, qui ad ejus lectiones venis-

nissent, vix crederent, hunc esse illum Hemsterhusium, de quo tot ac tanta praedicari audivissent. Famae & magnae de se opinionis prope negligens erat, minime omnium curans plausum Vulgi, cui propterea paene ignotus vixit. At quo minus gloriam venabatur, eo magis ad eum sponte veniebat. Quis enim nescit, omnes omnium gentium eruditos una voce, una sententia regnum in literis ad ipsum detulisse?

Prudentia, dubito, an unquam major & praestantior fuerit in ullo homine erudito. Credebat Epicharmo, nervos & artus prudentiae esse, non temere credere, tenebatque, si quis alius, artem difficillimam tacendi suo tempore, & loquendi. In consilio capiendo cau-

tus, consideratus, &, si quaeris, lentus: quippe omnes in utramque partem rationes videbat, & magno judicio ponderabat: sed idem, ubi semel quid decrevisset, constans & firmus. Alienus a suspicionibus: sed idem latebrarum, quae in animis hominum sint, sagacissimus explorator.

Sed prudentia, quae vitam privatam attingit, si in eo summa & singularis fuit, forsitan minus mirum videatur. Unde vero ille, qui nullam reipublicae partem attigisset, tantam hauserat rerum civilium scientiam? Nempe cum eam non experiundo sibi comparare posset, usus et experientiae vicariam adscivit philosophiam, inprimisque omnis priscae et recentioris aetatis historiam. Ex qua

vir-

virtute Academia Batava uberrimum fructum tulit. Nactus enim amplissimum theatrum, in quo civilis illa prudentia spectaretur, foederatorum Belgarum historiam nova et inusitata ratione tradere coepit. Indagabat veras caussas, ex quibus res gestae penderent, remotis simulationum involucris, quibus tegerentur; consilia principum et populorum cur bene, cur secus cecidissent, explicabat; quid expetendum, quid fugiendum esset, demonstrabat; efficiebatque adeo, ut disciplina sua prudentiae civilis magistra & esset & haberetur. Inprimis heroum Batavorum ingenia & mores tanto artificio pingebat, ut non literarum Professorem, sed Polybium aut Tacitum cathedrae impositum dixisses.

Tali ingenio, doctrina et sapientia fuit Hemsterhusius, cujus similem Criticum nos haud vidimus; posteri ut videant, bonarum literarum caussa vehementer optamus.

FINIS.



RICHARDI BENTLEII

EPISTOLAE DUAE

AD

TI. HEMSTERHUSIUM.

ERUDITISSIMO VIRO,

TIB. HEMSTERHUISIO

S. P. D.

RICHARDUS BENTLEIUS.

Dum mane occupatus eram in ſcribendis meis ad Horatium annotationibus, & in recenſendis foliis, quae jam tum a typographo acceperam; venerunt ad me gratiſſimae tuae literae, per Sikium Londino huc miſſae; in quibus & eruditio tua ſingularis elucet cum ſumma humanitate conjuncta, & egregius erga me amor & voluntas. Quamobrem, ne longiore mora exſpectationem tuam morarer, depoſito ſtatim Venuſino noſtro, Pollucem arripui; & quae de ſingulis locis mihi ſub χεῖρα & conjecturam veniunt, jam hoc ipſo die ad te αὐτοσχεδιάζω. Locus primus eſt IX. 57. ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ μνᾶν ἠδύνατο &c. Nihil hoc falſius dici poteſt; neque vacat nunc quaerere, quomodo rem expediant Salmaſius, Gronovius, aliique quos memoras. Certam tibi emendationem praeſtabo, σταθμὸς pro χρυσοῦς, ut ex toto loco clare ipſe videbis: ὁ δὲ ΣΤΑΘΜΟΣ στατὴρ μνᾶν ἠδύνατο. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις, τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς στατῆρα ὀνομάζουσι. καὶ ὅταν εἴπωσι Πεντεστάτηρον, πεντάμνουν δοκοῦσι λέγειν, ὡς ἐν τῷ Ἱπποκράτους Πα-

ἐγκαταθήκῃ· Ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχὺς, Ἀργὸς, λάβῃ δίκιλλαν, εἰδὼς τρυφᾶν, Πεντασάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω· ἔστι δὲ καὶ ΝΟΜΙΣΜΑ στατὴρ, ὡς ὅταν εἴποι Ἀριστοφάνης &c. Ex ultimis verbis νόμισμα στατὴρ luce ipsa clarius est, supra non actum esse de Statere *Nummo*, sed *Pondere*: neque locum ibi habere χρυσοῦς (quod de solo *nummo* dicitur) sed corrigendum σταθμός. Nempe notissimum est, Nummos & pecuniarum summas nomina sua olim a Ponderibus accepisse: inde idem vocabulum & in Ponderibus & in Nummis eundem locum habuit: Postea nummorum singulorum pondere mutato & diminuto, nominibus tamen (a pondere ductis) adhuc servatis, immane quantum discrepabat, de ponderibus, an de nummis loqueretur qui vocabula illa usurparet. Haec comperta sunt, neque exemplis est opus. Ergo opponuntur hic Σταθμὸς & νόμισμα; ut paullo ante: Ἦν δὲ καὶ μνᾶ σταθμοῦ τε καὶ νομίσματος ὄνομα; & saepe alibi tam apud Hunc, quam apud Alios. Στατὴρ igitur, cum de Pondere dicitur, *valebat*, ait, μνᾶν *minam*; hoc est, aequiponderabat minae: id probat, quia ἐν τοῖς ἱσταμένοις τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς στατῆρα ὀνομάζουσιν, hoc est, quia *mina* ponderis ipso nomine *Stater* a ponderantibus vocaretur. Quippe si idem *nomen* habeat, habeat utique eundem *valorem*, ut barbare dicam. Tum aliud profert argumentum ex Ἱπποκράτους poëtae fabula, qui voce πεντασάτηρον (de pondere) pro πεντάμνων usus est; ergo stater idem ac Mina. Sed pro Ἱπποκράτους corrige vel Κράτους (ut alibi Pollux, ubi hunc ipsum locum citat, vel, ut ibi Codex Vossianus, cujus lectiones variantes habeo, Σωσι-

κρά-

κράτης) vel propius ad vulgatam hic lectionem Ἐπικράτης, qui passim Athenaeo, aliisque laudatur. Sequitur ipse locus ad Jambos a nobis supra redactus; sed versu secundo pro εἰδὼς, lege εἰωθὼς τρυφᾶν· sententia est, Si quis ex plebe illa urbana, albus & Soli insuetus, pinguis, piger, luxuriae deditus, vel levissimum ligonem vix quinque librarum pondere sustulit, statim *anhelus* fit & ilia ducit. ΑΝΩ γίγνεται, ut Horatius noster: SVBLIMI *fugies mollis anhelitu*, quod Vir magnus, Julius Scaliger se ex toto Galeno negavit capere posse. Verba jam, opinor, satis illustravimus: rem ipsam, nempe Staterem ἐπὶ σταθμοῦ valere Minam, jam confirmatum dabimus. Pollux lib. IV. 173. Σταθμῶν ὀνόματα. ΣΤΑΤΗΡΑ, ait, οἱ τῆς Κωμῳδίας ποιηταὶ τὴν ΛΙΤΡΑΝ λέγουσι. τὴν μὲν γὰρ λίτραν εἰρήκασιν οἱ Σικελοὶ κωμῳδοί. δίκελλαν δὲ πεντασάτηρον Σωσικράτης ἐν Παρακαταθήκῃ, τὴν πεντάλιτρον. Sic lego ex Codice Vossiano, & est idem locus qui supra ex *Hippocrate* adductus est. Sententia est, ΛΙΤΡΑΝ, *Libram*, Siculorum pondus, Poëtae Comici Athenienses ΣΤΑΤΗΡΑ nominant; & ligonem πεντάλιτρον Sosicrates dixit πεντασάτηρον. Vides hic secundum Pollucem staterem (de pondere dictum) valere libram, λίτραν; in altero loco valere minam, μνᾶν. Rectissime: quippe in Ponderibus λίτρα Siculorum idem valebat quod μνᾶ Atticorum. Hoc certissimum est; quia utrumque tam *mina*, quam *libra* ducebat olim pondus centum Drachmarum sive Denariorum: ut alia argumenta & exempla taceam. Tu, Vir doctissime, si Anglice scis, de λίτρα & ceteris nummis ponderibusque Siculorum, multa nova reperies in

Dissertatione nostra de Epistolis Phalaridis. Jam ad proximum, de quo consulis, locum accedo, qui sic habet IX. 70. Ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Διδύμοις ἢ Οὐλκυόνῳ, vel, ut MSS. Διδύμοις ἢ Πυρικόκῳ. quorum utrumque mendosum esse satis constat; quid reponendum sit, cum nusquam alibi citetur haec fabula, certo scire nefas est. Poteris, Πυλωρῷ, *Janitore*; poteris Πυραύνῳ sive Πυρδάλῳ, hoc est, Χυτρόποδι, *Batillo*; poteris Πυθαύλῃ, *Pythaula*. Sed hoc hariolari est; primum tamen magis arridet. Tertius locus est IX. 93. φησὶ γοῦν ὁ τῆς Ἀποφθεγματικῆς ὁ Καλλισθένης ὑπὸ Εὐβούλου τοῦ Ἀταρνέως τ. ποιητὴν Περσῖνον ἐρώμενον, εἰς Μιτυλήνην ἀπελθόντα, θαυμάζοντα γράψαι, διότι τὰς Φωκαΐδας ἔχων ἦλθεν ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ μᾶλλον ἢ ἐν Ἀτάρνῃ καταλλάττει. qui levi manu sanari potest. lege, Φωκαΐδας, ἃς ἔχων ἦλθεν, ἥδιον — ἐν Ἀταρνεῖ. Et sententia est, Callisthenes narrat Persinum, ab Eubulo spretum, Mitylenam abiisse; atque ibi mirabundum scripsisse, Quod libentius permutaret (sive in victum impenderet) Phocaeenses quos secum attulit nummos, Mitylenae, quam Atarneo; hoc est, se magis ex animi sententia vivere hic, quam illic. Recte Φωκαΐδας ex MSS. non Φωκαΐτας. Hesych. Φωκαΐς. ὄνομα ἔθνους, καὶ τὸ κάκιστον χρυσίον. lege vero Ἀταρνεῖ; nam nomen urbis Ἀταρνεύς. De Persino nihil comperi. Sequitur Cratini locus a Salmasio tentatus IX. 99. Πανδιονίδα πόλεως βασιλέως, τῆς ἐριβώλακος, οἶσθ' ἣν λέγομεν, καὶ κύνα καὶ πόλιν, ἣν παίζουσιν. Numeros hic Anapaestos video, quo certissimo filo ex tenebris his expedire me posse videor: lego itaque & ad versus redigo: Πανδιονίδα, πόλεως βασιλεῦ, Τῆς ἐριβώλακος, οἶσθ' ἣν λέγομεν; Καὶ κύνα καὶ πόλιν, ἣν παίζουσιν.

Quo-


Quorum haec sententia est: O Pandionide (sive Pandione) rex civitatis parasitis refertae: Scis quam civitatem dicimus? Non utique Athenas; sed quam latrunculis ludunt, κύνα καὶ πόλιν. Hoc a Cratino πέπαισται, ait Pollux. Ergo pro ἐριβώλακος (ex vulgata et MSto Salmasii qui habet ἐρικώλακος) lego ἐρικόλακος, & propter versum & parodia ab ἐριβώλακος, quod non urbi, sed regioni convenit. Ἐρικόλακος itaque πέπαικεν hic Cratinus, ut Aristophanes, ἰχθῦς; Θίαντις τὴν κεφαλὴν κόλλικος ἔχει, & alia multa. Deinde, ut offensam vitet, jocose se non de Athenis urbe, sed de ludo verba facere, κύνα καὶ πόλιν, quae explicabit tibi ipse Pollux IX. 98. καὶ τὸ μὲν πλινθίον (sic lege, non πλινθεῖον) καλεῖται πόλις, αἱ δὲ ψῆφοι ἑκάστου, κύνες. Proximus locus Eupolidis est X. 10. Αὐτὰ δὲ τὰ σκεύη καλοῖτ' ἂν ἐπιπλάγιοι ἢ κούφη κτῆσις, τὰ ἐπιπολῆς ὄντα τῶν κτημάτων. Ὁ γοῦν Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξι προειπὼν —— ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν, ἐπήγαγε παραπλήσιον· τεσογγέγραπται τοῖς τὰ ἔπιπλα. Pro istis ἐπιπλάγιοι ἢ, tu, Vir doctissime, refingis, ἔπιπλα ἤγουν ἡ κούφη κτῆσις: satis commode, quoad sensum. Sed vestigia literarum vide, & sic potius scribes, ἔπιπλα, οἱονεὶ κούφη κτῆσις. Hoc certissimum: deinde tentas; τίνι ἂν γέγραπται σοι τὰ ἔπιπλα. Prope hoc ad literas, sed nullum inest metrum. Lego & distinguo, ut senarius sit Jambicus, παραπλήσιόν τι σοι γέγραπται τἄπιπλα. Sententia est, Cum Eupolis prius dixisset, ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν, mox subjunxit (ἐπήγαγε) addidit, *Et similiter descripta*, numerata, tibi sunt τἄπιπλα, *vasa mobilia*. Τἄπιπλα pro τὰ ἔπιπλα primam syllabam producit, ut τἄμα, τἄδικα, &c. Venio ad locum X. 18. ubi verba Alexidis,

Ποῖ δή μ' ἄγεις; παρὰ τὸν κύκλον. & sic MS. Vossianus. mox Diphili ῥῆσις ex Excerptis tuis, Καὶ περιπατεῖς τοίνυν ἔχων καὶ νῦν κάδον, στρώματα, συνὸν ἀσκοπήραν, θύλακον, ὡς τοῦ στρατιώτην ἄν τις· ἀλλὰ καὶ κύκλον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὸν βαδίζειν ὑπολάβοι· τοσοῦτός ἐσθ' ὁ ῥῶπος, ὅσον σὺ περιφέρεις. Quos Jambos esse recte calluisti, et sic emendas, καινὸν — συνόνζα τ' ἀσκοπήρᾳ — στρατιώτης — ὑπολάβοις, περιφέρεις. Recte hoc postremum: totum vero locum, vide, an sic potius rescripseris: Καὶ περιπάτει τοίνυν ἔχων, κενὸν κάδον, Στρώματα, σίγυνον, ἀσκοπηρίδιον, Θύλακον· Ὡς τοῦ στρατιώτην ἄν τις, ἀλλὰ καὶ κύκλον Ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὸν βαδίζειν ὑπολάβοι· Τοσοῦτός ἐσθ' ὁ ῥῶπος, ὃν σὺ περιφέρεις. Servulum, credo, aliquem alloquitur quis, variis utensilibus humeros oneratum. Tot res, inquit, cervice gestas, ut Militem te esse existimet quivis (Scis milites olim omnia arma et utensilia sua suis humeris in agmine portasse) vel potius κύκλον et totam turbam ῥωποπωλῶν ex foro domum redire: Tanta vasorum vis est, quam tu portas. Κενὸν κάδον, ne, si vino plenum esset, impar esset servulus tot rebus gestandis. αι autem et ε passim inter se mutari, nullus dubito, quin probe scias. Σίγυνον, quod et metro et sententiae aptum: *hastam ferream*: inde sequitur, quod στρατιώτην esse suspicetur quis. ὃν σὺ pro ὅσον σὺ clara correctio est. Κύκλος vel κύκλοι erat locus in Foro, ubi σκεύη utensilia venibant: *Credat itaque* aliquis ipsum κύκλον cum omnibus suis vasis ex foro ambulare: adeo onustus es omni genere vasorum. Atque hactenus, ut expedite, ita, ni fallor, feliciter res processit. Quae vero postea quaeris, sunt ejusmodi, ut nullus sit conjecturae locus; adeo curta,

ta, mutila et mendosa sunt. X. 76. *scapham*, inquit, Aristophanes vocat, in quam invomunt, ut καὶ ἐμπεσκαφῆς εἰς. ἐν σι ἐν πεδολονίων ἐμῶμεν. quod sic ipse tentas, Καὶ ἡμῖν σκαφή 'ς' ἃς ἂν ἐν τῇ ποτὸν οἶνον ἐμῶμεν. Nihil video, nisi Tetrametri versus vestigia,

Καὶ μὴν σκαφή 'ς' υ – υ – – – υ – ἐμῶμεν, quale illud;
Ἄνδρες φίλοι, καὶ δημόται, καὶ τῶν πονῶν ἑταῖροι.

Nolim autem, ut conjecturae tuae fidas; neque enim metrum ullum, nec Graecam orationem servat. Cetera piget describere: neque enim nunc otium est; si vellem nervos intendere, et extundere aliquid. Tu igitur haec, qualiacumque sunt, aequi bonique consule, et raptim bene vale.



CLA-

CLARISSIMO VIRO,

TIBERIO HEMSTERHUISIO

S. P. D.

RICHARDUS BENTLEIUS.

Jam ſeptimana, credo, effluxit, ex quo literas tuas optatiſſimas per adoleſcentem Danum accepi, in quibus ſerio videris laborare, ut a negligentiae te crimine purges, quod epiſtolio a me olim accepto tam ſero demum reſcripſeris. Nae tu parum adhuc me noſti, ſi aut id me credis ſuccenſuiſſe; aut adeo iraſci facilem, ut tam operoſa excuſatione tibi opus fuerit. Non enim tam grande pretjum emendatiunculis meis ſtatuere ſoleo; ut ſingularem aliquam gratiam inde ſperem, aut exigam. Facile enim & quaſi ſponte mihi ſolent ſubnaſci: & iniquum plane eſt, quod minimo mihi labore conſtet, id poſtulare magnae gratiae mihi apponi. Tu tamen haud contentus exquiſitiſſimis verbis grates mihi perſolvere, etiam elegantiſſimo Lucianei libelli munere demereri me voluiſti. Quin, ut magis magisque in tuo aere ſim, variantes Flacci lectiones ex codice ſcripto polliceris, accurata tua opera deſcribendas. Enimvero ob tam

tam prolixam tuam humanitatem, non dici potest, quam devinctum tibi me ac obstrictum habeas. Scias autem, amice praestantissime, me ejusdem Franekeriani libri lectiones e bibliotheca Franciana emtas a Praesule Eliensi dudum habuisse: quas tamen indiligenter & perfunctorie descriptas esse satis mihi compertum est. Tu, sat scio, longe plures & fideliores inde depromeres: neque tamen, cum meliores aliquot Codices aliunde sim nactus, operae pretium fuerit te isto labore & taedio cruciari. Si ipsius Codicis (quod Anchersenius non desperare jussit) vel biduum tantummodo mihi copia fieri posset; crediderim equidem nonnihil fructus ad editionem nostram inde perventurum. Ego enim vel ex ipsis lituris multa expiscari possem, quae alius cujusvis Animadversionum mearum inscii & oculos & mentem fugere est necesse. Tu, quod commodo tamen tuo fiat, experieris, an ex claustris Bibliothecae codex ille huc evolare poterit.

Ceterum ob nitidam illam & magnificam Pollucis editionem (cujus exemplar continuo ut prodiit mihi comparavi) quas tibi gratias satis dignas referemus? Deus bone, quae industria, quae eruditio, quod judicium, quod acumen, quae fides ubique elucet? Unum tibi defuisse doleo (quod a vera amicitia profectum aequis auribus accipies) majorem rei Metricae peritiam. Cum enim cetera in Polluce fere omnia non ita magno labore expediri & restitui possint ex aliis Lexicis; in fragmentis vero Poëtarum, quae subinde adducuntur; recte refingendis is demum arduus sit labor &

periculoſus : haec qui ſine rei metricae doctrina auſit attingere, perinde eſt, ac ſi in Labyrinthum ſe conjecerit, ſine fili praeſidio exitum tentaturus. Certe qui ſyllabarum omnium quantitatem & omnigenorum verſuum menſuram in numerato habet, ei πόριμα erunt multa & facilia, quae aliis hac ſcientia deſtitutis prorſus ſunt ἄπορα. Quare obſecro te, vir eximie, & magnopere hortor, ut & hanc eruditionis partem ceteris, quas cumulate adeo poſſides, velis adjungere; grande, mihi crede, operae pretium & mirificam quandam voluptatem inde laturus. Animos autem tibi addat, documentoque ſit celeberrimus noſter Kuſterus; qui ubi primum in Britanniam appulit Editioni Suidae manum admoturus, Proſodiae vero ultra Hexametros & Elegiacos fere imperitus, me auctore & ſuaſore, ſedulam huic doctrinae operam navavit. Quid autem ille eximium ſive in Suida, quem emendatiſſimum dedit, ſive in Ariſtophane, quem nunc in manibus habet, perficere potuiſſet? Nihil certe in ejusmodi fragmentis absque hac ope proferre, immo ne de aliorum quidem conjecturis judicare & cognoſcere licet. Quamobrem, etſi paullum otii nactus dieculam hanc tibi impendere ſtatui, et integrum Pollucis librum decimum percurrere, quem tu jure omnium difficillimum eſſe queſtus es; haud tamen mirer, ſi quae ego pro certiſſimis habeo, tibi, ut nunc eſt, incerta, dubia, falſa videantur. Ea tamen poſtea, ubi in Metrica arte verſatior fueris, τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ clariora tibi viſum iri, haud vanus vates praenuntio. X. 11. Ridicule Kuhnius, in Proſodia plane hoſpes, et Jun-

Jungermanno longe inferior, Καὶ — σκεύη οἰκητήρια. Senarius ille sic legi et distingui debuit, Καὶ ναὶ μὰ Δί', ἄλλα σκευάρι' οἰκητήρια. Sect. 12. Menandri locum sic lege,

——— ὅσ' ἐστὶ μαλακὰ, συλλαβὼν,
Ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπήδα φίλος.

Necessarius est hic jambus φίλος ex MSS. non stare potest spondaeus θᾶττον. *Vasa tua colligens, amice, exili ex urbe.* In Diphili loco, male factum, quod ἐκ δόμων in textu posueris pro vulgato ἐκδερμῶ. Sic totum refinge:

——— εἶτα μαλακὸν, ὦ δύστην', ἔχεις
Σκευάριον, ἐκπωμάτιον, ἀργυρίδιον.
Οὐκ ἐκδερμεῖ λαβὼν τόδε, καὶ δώσεις ἐμοὶ
Παρακαταθήκην;

Ἐκδερμεῖ Atticum pro ἐκδερμῇ ab ἐκδερμοῦμαι. Cetera jam facilia. Sect. 17. Aristophanis locus sic ponendus:

——— καὶ τὸ ἱμάτιον μου
Ἔχουσι καὶ ταλάφορον ———

Illud Alexidis ibidem, Ποῖ δέ με ἄγεις διὰ τῶν κύκλων, sic rescribe — A. Πῇ δή μ' ἄγεις; B. διὰ τῶν κύκλων. Dialogus est, *Qua me ducis? per cyclos.* Recte Vulgati πῇ *qua*, non ποῖ *quo.* Sequentem autem Diphili locum credo me antea tentasse, ut conjicio ex tua Epistola. Meae enim exemplar non servavi, neque nunc, quid scripserim, memini. Locus autem sic constituendus videtur:

Καὶ πρόσειτι τοίνυν ἐσχάραν, κλίνην, κάδον,
Στρώματα, σίγυνον, ἀσπίσκην, θύλακον.
Ὡς που στρατιώτην ἄν τις, ἀλλὰ καὶ κύκλῳ
Ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὰ βαδίζειν ὑπολάβοι.
Τοιοῦτος ἐσθ' ὁ ῥύπος, ὃν σὺ περιφέρεις.

Καλὸν tu recte pro καὶ νῦν· Epitheton enim hic locum non habet. Pro συνὸν sine dubio repone σίγυνον· inde militi eum comparat. Quodsi et antea σίγυνον in Epistola emendaverim, illud indicio erit, veram esse conjecturam, quae bis ex intervallo in mentem venerit. Porro Sect. 21. locus *Antiphanis* (sic enim recte MSS. et plura hujus et Diphili fragmenta apud Athenaeum extant, quae ex hujusmodi γλώσσαις et affectatis vocabulis quaerunt risum; nulla Aristophanis, qui odio habebat illa φορτικὰ) ad Senarios redigendus est, si Kuhnium audimus. Dii boni! ne vestigium quidem senarii est in tribus illis, quos concinnavit; ut plane nauseam mihi moveant. Tu vero tetrametros Trochaicos sic refinge et colloca:

A. Ἂν κελεύῃ με σταθμοῦχος. B. ὁ σταθμοῦχος δ' ἐστὶ τίς;
Ἀποπνίξεις σύ δή με καινὴν πρός με διάλεκτον λαλῶν.
A. Εἰ 'πιτάττοι μοι σίγουρχος.

Binae, ut vides, sunt personae; quarum prior novo vocabulo utitur σταθμούχῳ pro οἰκοδεσπότῃ· quod altera se negat intelligere. Prior vero ineptire pergit; et quasi σαφήνισμά τι dicturus, aliud verbum adhibet aeque ignotum. Nam ἂν κελεύῃ με σταθμοῦχος, et (ex nostra Emendatione) εἰ ἐπιτάττοι μοι σι-

τίσμεχος, idem significant. Sect. 33. Locus Aristophanis, τί μ' ὦ πόνηρ' ἐξορίζεις ὥσπερ κλωντήριον, mendosus est sine dubio. Sed corrigendi viam certam non possum inire; quia τὸ μέτρον hic non agnosco. Sect. 35. legerim, ex Scirone Satyrico:

> Σχεδὸν χαμεύνης σύμμετρος Κορινθίας
> Παιδὸς, κεφαλῇ δ' οὐχ ὑπερτενεῖς πόδα.

σύμμετρος εἶ τῇ χαμεύνῃ· *non procerior es lectulo Corinthiae cujusvis ancillae.* Sed haec aptius conveniunt Procrustae (scis historiam) quam Scironi: adeo ut forte in eadem fabula de utroque poenas sumserit Theseus. Sect. 39. Aristophanis ἐν ταῖς Δαναΐσι, τῶν χειρῶν ἔργα μνοῦς ἐστι. Nulla hic sententia, nullum metrum. Nimirum sunt verba Pollucis, (non Comici) et sic corrigenda: Ἐν ταῖς Δαναΐσιν τῶν χηνῶν πτερὰ μνοῦς ἐστι. *In Danaisin* μνοῦς *anserum plumam significat.* Atque hoc verum est. Ibid. apage illud Hyperidis ὑπὲρ νικᾶς; quod temere in textum recepisti ex infulsa conjectura Kuhnii. Quis dubitet post ὑπὲρ sequi viri nomen; ut in reliquis Hyperidis terque quaterque apud Harpocrationem. Ergo Μικάλω pro μικᾶ· ω enim a sequente ὀνομάζειν facile absorberi potuit. Sect. 41. Ὠμὸ etc. Placet vulgatum ὠμητῶν; et sic constitue;

> Ὠμητῶν τὸ δέρμα τῶν θηρὸς ——
> ῥάψας ὅλον
> Σάξαι κεφάλῳ.

Jam in illo Chionidae Sect. 42. Πολλὰς δ' ἐγὼ δ' ἤδη κατά σε μανίας, quod in metri legem graviffi-

me peccat, beasti quod corrupta illa Falkenburgiani codicis ἐγὼ δακὼ et ἀτέχνως non invidisti nobis: Ecce enim ex illis ruderibus veram tibi lectionem praesto:

Πολλὰς ἐγᾦδα, κοὐ κατά σε, νεανίας
Φρουροῦντας ἀλύχνους, κἀν σάμακι κοιμωμένους.

Novi, inquit, *multos adolescentes*, *atque eos non tuae sortis*, vel, *non tui similes*, *excubantes sine lucerna*, *& super arundinem dormientes*. Ἄλυχνος eodem sensu Euripidi dictum apud nostrum VII. 178.

Κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥσπερ θὴρ, μόνος.

Sect. 46. in illo Antiphanis pro ἐν χαλκοῖς, vel, ut Aldi editio, ὁ χαλκοῖς supra extat in IV. 183. εὐλαμπρῶς. Et sane cum πάνυ adverbium hic convenit: lege

——— κατεσκευασμένος
Λαμπρότατον ἰατρεῖον εὐχαλκῶς πάνυ,
Λουτηρίοισιν, ἐξαλείπτροις, κυλικίοισιν,
Σικύαισιν, ὑποθέτοισιν ———

Sect. 55. Strattidis versus sic in ordinem redigendi sunt; non ut Kuhnius dedit absurdissime; ut confidentiam quidem hominis mirer, qui id ausus sit profiteri, quod nec hilum intelligebat,

——— πρόσθ' ἄγε
Τὸν πῶλον ἀτρέμα, προσλαβὼν τ' ἀγωγέα
Βραχύτερον. οὐχ ὁρᾷς, ὅτ' ἄβολος ἐσθ' ἔτι;

Πρόσθε

Πρόαθι ἄγε, *produc equum placide*: ἔτι quoque necessarium et sententiae et versui, ab ἔτι absorptum est. Sect. 58. Locum Philyllii, in quo sollemniter delirat Kuhnius, sic restitue: Καὶ πινακίδα δ' ἂν εὕροις ἐν ταῖς Φιλυλλίω Πόλεσι, λέγει γέ τοι Δωρίζων,

> Ἐκ τᾶς πινακίδος ἀμπερέως, ὅτι κᾂν λέγοι
> Τὰ γράμματ', ἑρμήνευε.

Πινακίδα, inquit, *invenias in Philyllii Πόλεσιν dicit autem Dorice, Interpretare tu clare ex tabula, quid literae significent*. Vides, opinor, Dorismum ἐκ τᾶς et ἀμπερέως (σαφῶς, idem quod διαμπερέως, vide Hesych.) Nimirum persona hic inducitur vernacula lingua utens Dorica; unde Πόλεις credo nomen dramati inditum; quod variarum urbium cives sua quisque dialecto ibi loquebantur. Sect. 62. Antiphanis locus est; ubi ξυνακόλουθος a versu repudiatur. Eleganter et vere Salmasius Ἀξυνακόλουθος, ξηρὸς, αὐτολήκυθος. i. e. *incomitatus*. quod omnino in textum recipiendum erat. Poteris etiam sic refingere,

> Ξυνηκολούθεις ξηρὸς, αὐτολήκυθος.

Sed alterum illud sententiae videtur aptius. Sect. 63. Optime dedit locum Eupolidis Jungermannus, ex necessitate metri,

> Ὅστις πύελον ἔχεις ἔχων καὶ χαλκίον,
> Ὥσπερ λεχὼ στρατιῶτις ἐξ Ἰωνίας.

Cla-

Clara sententia, *Qui urnam & abenum portas, tanquam puerpera Ionica, castra sequens.* Nempe in Ionia, ubi disciplina militaris non admodum vigebat, mos erat, ut uxores comitarentur suos maritos militantes: ubi si quae forte peperisset, vasa circumferebat balneatoria. At bonus vir, Kuhnius στρατιώτης hic in senario ponit: quod perinde est, ac si sic in Virgilio legendum contenderet, *Tityre tu patulae recumbens sub tegmine fagi.* Vides, opinor, ὦ φίλη κεφαλὴ, quantivis esse pretii leges metricas rite callere. Sect. 64. Locus Aeschyli, Λίνα δὲ πῖσσα, καὶ ὠμολίνου μακροὶ τόνοι. Sine dubio senarius erat, sed λίνα stare hic non potest, cum posteriorem corripiat; at λινᾶ a λινοῦς optime: tum autem requiretur substantivum plurale. Lege igitur, si libet,

Λινᾶ δὲ γεῖσα, κὠμολίνου μακροὶ τόνοι.

Hesychius in Γεῖσα, ἔνιοι δὲ, inquit, τὰς ὤας τοῦ ἐνδύματος γεῖσα λέγουσιν· ita ibi legendum, non γεῖσαι. *Lineae*, inquit, *fimbriae*, & *crudi lini teniae.* Sed, cum Editio Aldina habeat λινάδες πῖσσα, et Codd. MSS. λῖνα δὲ σπῖσσα; merito illud sigma haud temere irrepsisse videatur. Verius igitur, credo, reponas,

Λινᾶ δὲ σπεῖρα, κὠμολίνου μακροὶ τόνοι.

Sect. 65. Antiphanis locus, καὶ τὸ χερνίβιον πρῶτον ἡ πομπὴ σαφὴς, ut senarium clare se ostendit fuisse, ita et sic esse corrigendum, Τὸ χερνιβεῖον, non χερνίβιον.

νίζειν. Lego equidem totum ex Falkenb. τὸ χερνιβεῖον πρῶτον ἐκ πομπῆς ἄφες, vel ἀφείς. Sed, excepto χερνιβεῖον, nihil hic certum. Jam vero sect. 71. in Epicharmi senario ferri non potest δηλοίμην; requiritur vi metri vel δηλοῖ μὲν, vel δηλοῦμεν, vel fortasse,

Οὔτ' ἐν χάδῳ δὴ λῶμεν, οὔτ' ἐν ἀμφορεῖ.

λῶμεν, *volumus*, ut λῇς, *vis*, λῶντι, *volunt*, Δωρικῶς Sect. 73. sic constitue locum Antiphanis:

—— ἀτεκοπυτίνην τινὰ
Αἴψας ἀρωγὸν ——

Sect. 74. Aristophanes ἐν γ' τῷ Γήρᾳ, 'Εφ' ὕδρίαν θανάζειν πεντίχυν ἢ μείζονα. Atqui senarius haud recte procedit: quod ut fiat, lege minima mutatione, Ἐν γ' τῷ Γήρᾳ ἔφη,

Ὑδρίαν θανάζειν πεντίχυν ἢ μείζονα.

plane, ut infra sect. 76. Κρατῖνος ἐν Ὥραις, Ἔφ' ἡμῶν, pro ἐν Ὥραις ἔφη, Μῶν &c. Ceterum corruptior est Polyzeli locus sect. 76. sed metri vestigiis insistens sic veram lectionem eruo:

—— λεκανίῳ γ' ἄρα
Πρῶτον μὲν ἀπονίψεις, ἔπειτ' ἐνεξιμῶς,
Ἐκκεκλυμένως, ἐναποπατήσεις, Φανία.

Primum, ait, *in* λεκανίῳ *lavabis adhuc puro: postea ad spurciora eo abuteris.* Vide autem, ut una cum metro sententia quoque belle procedat. Quis

N ne-

neget, ἔπειτα necessarium esse post πρῶτον? quis in ἀναποβάζεις, quod nihil est, non agnoscit τὸ ἀναποδίζεις? Denique pro Κυανῶ nomine inaudito, ecce tibi de machina trisyllabon Φανίας, Persona apud Menandrum & alios comicos notissima. Ceterum nota illud, ἐνεξεμοῦς, quod futurum notat Ἀττικῶς, ut plura alia tibi sine dubio non incognita. At sequitur deploratus plane locus Aristophanis, Καὶ ἡμισκάφης δὸς ὡς ἐν τι ὑποδιλουνιων ἐμοῦμεν· ex quibus depravatissimis, tu nobis, amice, horribilem versum effinxisti, plane ἄμετρον & ἄμουσον. At dehinc, si me audis, & artem metricam assequeris, id saltem disces quod quantivis est pretii, tacere potius, quam nihil dicere. Ego vero ex prima facie catalecticum tetrametrum hic agnosco: ut proinde aut talis versus hinc excudendus sit, aut omnis opera ludatur. Vis ergo, ut hariolari incipiam? age, aut veram lectionem tibi dabo, aut saltem Aristophane non indignam; lege igitur,

Κἀμοῖν σκάφην δὸς, ἵνα μὴ 's ποδάνιπτρον ἐξεμέσωμεν.

Et nobis scapham da, ne evomamus in aquam quæ pedes abluendi sunt.

Possit & sic, Κἀμοῖν σκάφης δεῖ, μήποτ' ἐς &c.

Sed hoc, ut dixi, est hariolari: nam & animadverto te aliter paullo in Editione, aliter in Epistola ad me scripta, codicis verba exhibere. Si ipsa Excerpta Falkenburgiana viderem, certius fortasse aliquid extunderem. Sect. 78. in Dioclis senario nescivit bonus Kuhnius ποδανίπτης secundam syllabam corripere. lege autem,

Ἰδεῖα

Ὑδρεία τις, ἢ χαλκοῦς κοδωνίσκος, ἢ λίθος.

Quin & Jungermannus (etsi altero, ut dixi, longe melior) sect. 79. in Pherecratis loco senarium inchoat ab Εἰσίκερσον; plane contra artem. Tu vero Tetrametrum puta, & sic constitue,

Λαβοῦσα μὲν τὸ χοίνικον, τὸ πύνδακ' εἰσίκερσον.

Sect. 82. in Cratini loco, nollem caecum ducem secutus esses Kuhnium, in κἄτ' ἄλφιτα. Quam otiosum enim ibi τὸ εἶτα? quam necessarius articulus τὰ ἄλφιτα, ut ὁ βοῦς, ἡ μαγίς? Ergo sanissima est vetus lectio:

Ὁ βοῦς ἐκεῖνος, χ' ἡ μαγὶς, καὶ τἄλφιτα.

Porro Phrynichi locus sect. 86. Κἂν ὀξυβάφῳ &c. est Anapaesticus Aristophaneus; sed deficit uno pede anapaesto:

Κἂν ὀξυβάφῳ χέσας — — τρεῖς χοίνικας ἢ δύ' ἀλφίτων.

neque vero sine Codice suppleri debet ex conjectura. lege insuper paullo ante, ἐν Ὄρνισιν Ἀριστοφάνης, non καί: ut hic ἐν ταῖς Φρυνίχου Μούσαις. Eodem versus genere habetur Metagenis locus sect. 88. sic collocandus:

—— ὡς ἂν

Πελανοῖσι παραψίσι καὶ καιναῖς σύγχεαν τὸ ἔδαφον.

ut & alter iste ex Aristophanis Tagenistis,

Τὸ δ' ἔτνυς ἐν ταῖς χυλίχναις τυτὶ θερμὸν, καὶ τῦτο παφλάζον.

Metrum ipſum efflagitat ἔτνυς & τῦτο, non ἔτνος & τυτὶ quod ultimam producit. Eleganter vero ἔτνυς caſu genitivo. ἔτνυς τυτὶ καὶ τῦτο. *Pultis pars calida, pars bulliens*. Sect. 90. in Cratetis loco, nollem te a ſcriptura Codicis diſceſſiſſe,

Ὁ κάνης δὲ τῆς κοίτης ὑπερέχειν μοι δοκεῖ.

Nam τὰ κανίσκια δὲ &c. quod tu dediſti, peccat in leges metri. Totus locus ſic videtur legendus: Ἐπὶ δὲ τύτοις καὶ κανῦ καὶ κάνης καὶ κανίσκια. Καὶ κάνης μὲν Κράτης ἐν Ἥρωσιν εἶπεν, Ὁ κάνης δὲ τῆς κοίτης ὑπερέχειν μοι δοκεῖ (ubi κάνης videtur eſſe *ſtorea, teges*) κάνεον verb Ariſtoph. Acharn. κανισκίῳ in Gerytade. vel forte κανίσκια rejiciendum, & κανίσκια recipiendum ex VI. 86. Sect. 91. Eupolidis verſus Trochaicus eſt, ſic deſcribendus:

Ἀλλὰ τὰς κοίτας γ' ἔχουσι πλεκτὰς σεσαγμένας.

Sed Pherecratis locum tangere non auſim, adeo deformis eſt; ſi modo recte illum ex MS. exſcripſiſti. Ἀλλὰ καὶ κοίτας τὰς ἐν ἐμοὶ λανθάνει ἃ μέλλομεν ἀριστίζειν. Sed ex fine tamen ſubodoror eſſe Ariſtophaneum σπουδαίζοντα. Tentemus igitur ad illud metrum redigere, Ἀλλ' ἐν κοίταις ἔνι γ', ὦτ' ἀπόλλυθ', ἃ μέλλομεν ἀριστίζειν. *Sed in arcis inſunt, non ſpernenda quidem, quae eramus pranſuri*. Ἔνι id eſt ἔνεστι· ἃ ἐμέλλομεν contracte ἃ 'μ. ut ſyllaba fiat longa, quam verſus exigit. Sect. 93. Nicocharis verba

ba duos ſenarios efficere pronunciat Kuhnius, qui ex numero ſyllabarum, non quantitate, ſenarios metiri videtur: melius paullo Jungermannus. Tu ſic lege:

Σόφαις τε (vel Σοφαῖσι παλ.) παλάμαις τεκτόνων εἰργασμένον
Καὶ πολλ' ἐν αὐτῷ λεπτ' ἔχων καδίσκια, Κυμινοδόκον —

vel etiam τέκτονος ἀπειργασμένον. Sect. 94. in Anaxippi loco apage illud σάθη, quod verſus reſpuit. lege, Τὴν μυρσίνην λαβὼν παρέστηθ' αὐλάδι. & ibidem Ariſtophanis locum ſic dederat Pollux,

Φέρε τοὺς ὀβελίσκους ἵν' ἀναπήξω τὰς κίχλας.

Varia lectio ἀναπήξω, ἀναπείρω: atque haec melior. Sect. 98. in Teleclidis loco emendatio tua σίζοντα melius ſe tutabitur, ſi ſic legeris:

Τὰ δὲ τηγάνῳ σίζοντά σοι μολύνεται.

quod ſine dubio verum. Quot enim τήγανα una ἔσιζον? adde quod τήγανον non poteſt μολύνεσθαι, corrumpi, dum σίζει; ſed poſtquam deſtitit σίζειν humore conſumto, tum corrumpitur, niſi ocius de foco tollitur. Denique ὄψα ἐν τηγάνῳ σίζουσιν, οὐκ αὐτὸ τὸ τήγανον. Ariſtophanes quidem loco a te laudato τάγηνον τευθίδων σίζον dixit συνεκδοχικῶς· ſed ſimpliciter τάγηνον σίζον ſine illo τευθίδων vix opinor dixiſſet. Sect. 101, locus Pherecratis ſic locandus & corrigendus,

—— τῶν ἂν ἐν κομιδῇ μοι
Τις θυμαλώπων αἰεὶ μικρὸν ἐμβάλοι

Sect. 102. Menandri locum sic scribe:

—— ἐγὼ μὲν ὅλως
Ἐπικόπανόν τι ——

Me quidem plane mensam coquinariam quandam existimat.

(adeo me verberibus concidit) Sect. 103. Solonis iambum dolet mihi a te jugulatum esse, cum tuo πινρίδ. Quid nonne ex illis οἱ μὲν satis constat, nullum vas anteivisse? οἱ μὲν enim semper inchoat: sed ipse versus illud tuum furcilla expellit. Scribendum, aut σκεύδεσί τε, aut δέπασί τε, aut simile quid trisyllabon. Sect. 105. locus Cratini, Ἐπίδωκεν βαλάνων ἄβακα τ' ἐκ φιττίως. ubi Kuhnius corrigit Πιτθίως, scil. ex domo Pitthei. Frustra; quasi Pittheus Thesei avunculus in vivis esset aetate Cratini; Ceterum quis non videt locum quendam, ubi βάλανοι nascuntur, non hominem designari. Equidem sic legerim,

Ἐπίδωκε βαλάνων ἄβακα τ' ἐκ Φιλλέως.

Φιλλεὺς locus Attice notissimus, de quo vide Stephanum Byzantium, Suidam, alios. Aristophanes in Nubibus, Ὅταν μὲν ἐν τὰς αἶγας ἐκ τ' Φιλλέως. & in Acharn. Τὴν Στρυμοδώρου Θρᾷτταν ἐκ τ' Φιλλέως. Vide ibi χολ. Sect. 107. in loco Eubuli, pro Σικελικά, quod ἄμετρον est, lege,

Καὶ

Καὶ πνικτὸς Σικελὸς κατάνιαι τυρεύματος.

& ibidem Antiphanis, tam hic, quam apud Athe-
naeum, lege,

—— πουλύπους τετμημένος; non πολύπους.

Sect. 110. locus Sophoclis mendosus est; qui hinc
& ex VII. 109. sic corrigendus:

—— συνέλεγον τὰ ξύλ', ὡς ἀκαμονοῖτο
Μή μιν μεταξὺ σποδιᾶς ἄν ——

*ligna, ait, collegerunt; ne interea carerent fomite
ad ignem servandum.* Sect. 111. Euripidis versus
Trochaicus est; nisi quod ἄγειν e loco suo ejectum
sit: lege, Τοὺς ὄνους τοὺς λαρκαγωγοὺς ἐξ ὄρους ἄγειν ξύλα &c.
vel forte, ut sententia continuetur, λαρκαγωγοὺς, ἄ-
γειν ἐξ ὄρους ξύλα &c.

Sect. 116. Aristophanis locus sic distinguendus,

Καὶ διαστίλβονθ' ὁρῶμεν
Ὥσπερ ἐν καινῷ λυχνούχῳ
Πάντα τῆς ἐξωμίδος.

Plura hujus generis extant apud Aristophanem.

Sect. 124. Theopompi locus sic locandus,

—— —— χλαῖναν δέ σοι
Λαβὼν παχεῖαν ἐπιβαλῶ Λακωνικήν.

Ibid. locus Sapphus egregius, frustra a magnis
viris tentatus; quem nisi Prosodiae ductu nemo
recte expediverit: Ἐλθόντ' ἐξ ὀρανῶ πορφυρίαν ἔχοντα περθε-
μένον χλάμυν. Ego vero, quatuor primis vocabulis

vix

vix perlectis, statim odoratus sum, carmen esse Alcaicum. quale hoc Horatii;

Nullam / Vare sacra / vite prius / severis / arborem:

& illud Alcaei,

Μηδὲν / ἄλλο φυτεύ / σῃς πρότερον / δένδρεον / ἀμπέλω.

& aliquot Sapphus, ut quod extat apud Athenaeum p. 564. ubi ἔοστοις male pro ἔοσι,

Στᾶθι / κἄντα φίλος / καὶ τὰν ἐπ' ὄσσ' / ἀμπέτα / σον χάριν,

& apud Stobaeum, Κατθα / νοῖσα δὲ κεῖσ' / οὐδεποκα / μναμοσύ/να σέθεν, & quae ibi sequuntur. Ergo certus conjecturae sic extemplo hunc locum refingebam:

Ἐλθόντ' / ἐξ ὀρανῶ / πορφυρίαν / περρέμε/νον χλάμυν.

Venientem de caelo, purpurea chlamyde amictum. Nam pro προϊέμενον quod & versus & sententia refugit, repono περρέμενον Aeolice pro περιέμενον· sic apud Hesychium, Περρεθήκατο, περιεθήκατο, & alia alibi plura. Quis vero tam caecus, ut jam non videat τὸ ἔχοντα ex margine fluxisse, interpretamentum scil. τοῦ περρέμενον.

Verba Diphili sect. 137. sic ordinanda sunt:

A. ——— ὁ δὲ κανδύταλις
Οὗτος τί δύναται, καὶ τί ἐστι; B. ὥσπερ ἂν
Εἴποις ἀορτάς ———

Duae personae, quarum altera quaerit, quid significet κανδύταλις; altera explicat per ἀορτάς. Multa similia hujus Diphili extant apud Athenaeum: videtur fuisse φορτικὸς in verborum exoticorum affectatione. Sect. 139. Posidippi locum ita digere:

— σκά-

—— σκίμποδας, ὄχες,
Ῥίσκες, ἀοςῖας, τάχα δ' ἂν λαμπτῆρας, ὄνες.

nam τάχαινα nihil est; neque melius quid nunc succurrit.

Sect. 141. Nicochares in Cretensibus: καὶ ὄπεας καὶ ὀπήτιον εἴρηται ἐν Νικοχάρους Κρησὶ, τοῖς τρυπάνοις ἀντίπαλον ὥσπερ Ἀρχιλόχειον. Ita tu, mi amice, locum depravatum ulterius contaminasti: Ὥσπερ enim dedisti pro ὥπερ Seberi: atqui illud mendum erat typothetarum; voluit enim Seberus quod & Aldus & MSti habent ὅπερ. Deinde pro Ἀρχιλόχειον, Codices ἀγχίλιον. Ex hoc monstro, re metrica & ingenio fretus, sic tibi senarium restituo verum & genuinum,

Τοῖς τρυπάνοις ἀντίπαλον ὄπεας χίλιον.

Quippe in hoc versu aut ὀπήτιον aut ὄπεας inesse debere res ipsa clamitat: atqui prius a versu rejicitur, posterius latuit in ὥσπερ. Ergo in reliquis ne litera quidem mutata, & versus & sententia constat. Ὄπεας χίλιον idem est ac ὀπέας χίλια; ut ἵππος χιλία, μυρία, &c. quae scio tibi nota esse. Verte autem, *Mille subulae quae terebris paria facere possint.* Videtur fuisse dialogus fabri cum cerdone; ille minabatur se τοῖς τρυπάνοις factum esse nescio quid: hic regerebat, se mille ὀπέας adlaturum, quae illius τρυπάνοις pares esse facile possent. Sect. 142. Platonis versus sic digere & scribe,

—— βούλει τήνδε σοι πλεκτὴν καλῶ,
Κἄπειτ' ἀνελκύσω σε δεῦρο ——

Sect. 143. Menandri versus Trochaicus est, Ὡς ἔγωγ' ἀπόλλυμαι πυ σαυνίῳ πεπληγμένος.

Jam vero insignem Euripidis locum sect. 145. sanum, ni fallor, tibi exhibebo:

> ——— πᾶς δὲ φαργάνῳ
> Ἐξαθέριζεν ὥστε πύρινον στάχυν,
> Σπάθῃ κολούων φαργάνῳ μελανδέτῳ.

Nihil hic muto, nisi quod στάχυν addiderim, absorptum scilicet a sequente voce σπάθῃ. Sententiam recte cepit Jungermannus. πύρινος στάχυς, *spica triticea.* ἐξαθερίζω hic est ἀθέρας, *aristas*, detrunco, decutio. Quid clarius certiusve?

Sect. 150. Epistola ad Platonem in mendo cubat: Οἱ περὶ Ἔραστον καὶ Κόρισκον Πλάτωνι ἐπιστέλλοντες γεγράφασι, Ληνὸν Ἀσσίαν τοῦ Σαρκοφάγου λίθου. Ὁ δὲ Φερεκράτης. Verba illa, Λην. Ἀσ. τ. Σαρ. λ. sunt ex Epistola; reliqua sunt Pollucis. Dixerat ille inter σορακοῦ instrumenta esse & ληνόν probat jam hujus Epistolae auctoritate. Quippe qui ληνὸν Ἀσσίαν nominaverant, de eadem re postea ibi narrantes σορὸν appellant. Ergo eadem ληνὸς quae σορός. Ceterum ἐπάγει & ἐπάγουσι saepe hoc sensu veniunt apud nostrum; vide modo sect. 10. 41. 127. Porro in sequente Pherecratis loco sect. 150. ita ordinandi sunt versus & Personae:

> A. Ἦ μὴν σὺ σαυτὸν μακαριεῖς, ὦ 'τᾶν, ὅταν
> Αὐταί σε κατορύττωσιν. B. οὐ δῆτ' ἀλλ' ἐγὼ
> Ταύτας πρότερον· αὗται δὲ μακαριοῦσί σφε·
> Καί τοι πόθεν ληνοὺς τοσαύτας λήψομαι;

A. Certe te beatum ipse dices, o amice, cum illi te sepeliant. B. *non quidem, verum ipse eos prius sepeliam; & illi se beatos praedicabunt. Unde tamen tot loculos eis sepeliendis comparabo?* Ὦ 'τᾶν autem addidi, flagitante versu; quod absorptum est a ver-

bo

bo ſequente. μακαριοῦσί σφι, *beabunt ſe ipſi*. Cur autem aut hic aut illi μακαρίζει ſe, cum ſepelluntur? nempe ob funus egregie factum, & ſepulcrum magno ſumtu extructum. Loquitur autem aliquis, qui multos cognatos habuerit, bonis ejus inhiantes; & mortem ejus expectantes: quos ille ſe occupaturum minatur, & fore illis ſuperſtitem. Immo vero, jam melius quid habeo, quod ſub calamo modo naſcitur. Deleas velim illud σφι, & cum vulgatis legas, ἔτοι δὲ μακαριοῦσ' ἐμέ. Sententia autem haec videtur. Cum laudaſſet ille neſcio quis fortunas ſuas, tum ob alia, tum ob firmam, credo, valetudinem, etſi ſtrenue nepotaretur; Hunc alter excipiens, Ita vero, ait εἰρωνικῶς, tum fortunas tuas laudabis, cum cognati tui te mox ſepelient. Non, non, ſubjungit ille, Equidem eos omnes componam, & μακαριεῖ με ſuperſtitem & ſanum. Sect. 151. locum ex Tageniſtis ſic colloca;

——— ὁ δὲ λύων κύστιν ὑμῶν
Κατ' ἐξαιρῶν τοὺς δαρεικούς. ——

Sunt membra verſus Anapaeſtici, Ariſtophanei dicti. Cum Kuhnii verſiculum hic lego, vix poſſum nauſeam compeſcere. Neque eo melior eſt Jungermanni jambus ſect. 154. in Lyſippi Bacchis. Tu vero locum ſic conſtitue, ut membrum ſit Anapaeſtici Ariſtophanei,

—— αὐτοῖς αὐλοῖς ὁρμᾷ καὶ γλωττοκομείῳ.

Tibicen, inquit, *irruit una cum tibiis & glottocomio*. Αὐτοῖς eo ſenſu paſſim apud Atticos occurrit, pro σὺν αὐτοῖς; quod tu optime noſti. Ibid. Metri ratio ſatis indicat; tam in Timoclis loco, quam

Apollodori γλωττόκομον legendum esse, non γλωττοκομεῖον. Lege itaque, οὐ μὴν ἀλλὰ ϗ ἐπὶ τῶν ἀγγείων γλωττόκομον &c. & deinde membrum pone senarii —— ϗ τὸ γλωττόκομον βαλανεύς). Porro sect. 160. sanus erat Sophoclis locus, neque sollicitandus,

Κέντρῳ σιδηρῷ πλευρὰ ϗ κατὰ ῥάχιν
Ἤλαυνε παίων ——

Agitabat prae se hominem, verberans super latera & dorsum κέντρῳ *ferrea.* Eleganter illud πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν, hoc est κατὰ πλευρὰ ϗ ῥάχιν; quale illud Anacreontis, Ἢ Νεῖλον ἢ 'πὶ Μέμφιν. Ceterum κατὰ hic ultimam producit ob τὸ ῥ sequens.

Sect. 162. Dolet, te repudiasse emendationem certissimam,

Καὶ τὴν κυνῆν ἔχειν με κυρβασίαν ἐρεῖς.

Pileum autem dices me instar tiarae habere; adeo magnificus est scilicet. Quid aptius vel desiderari possit? & illud tuum κοινὴν quorsum spectat? *dices me habere communem tiaram*: nimirum, non esse regem. τίς ὁ νοῦς; dubiumne id esse potuit? Sed ex metro solo utique constat, legendum esse κυνῆν· cujus argumenti vim & πιθανάγκην soli artis periti possunt agnoscere. Sect. 174. locus Teleclidae

Δυλοκόπηρον ῥυπαρὸν σκόλυθρον.

est Anapaesticus, et bene habet. Mox sect. 165. legendum,

Σκάλμη γὰρ ὄρχεις βασιλὶς ἐκτέμνει ἐμοῦ.

σκάλμη βασιλὶς, *culter regius.* Βασιλὶς adjective hic ponitur, ut alia similia passim. Eunuchus autem le-

loquitur hoc, significans, se jussu regis castratum esse, ut a cubiculo esset vel ei vel uxori: solae enim, ut ille ait, Eunuchis utebantur reginae. Citius autem caelum ipsum dirueris, quam illud βασιλεῖς, cui tu patrocinaris, invito metro hic possit consistere; ut de sententia ipsa et constructione nihil dicam. Illud quoque corrigendum ibidem in Hermippi loco, ἀσπιδεῖον, non ἀσπίδιον,

Ἔχοντες ἴσον ἀσπιδεῖον ὀγκίῳ. est enim senarius.

Sectione autem 167. in Philippidae loco, vel cum Salmasio legendum,

Ἀλύσιον εἶχε τέτταρας δραχμὰς ἄγον,

quod verum puto, vel, si illud quovis pacto retinere vis, lege,

Ἀλύσιον εἶχε τετταράκοντ' ἄγον δραχμάς.

Sect. 176. Ὁλκεῖον rectum esse, non ὅλκιον, Menandri locus ostendit, sic digerendus;

——— ἢ χαλκοῦν μέγα Ὁλκεῖον ———

et alter Philemonis, Ὁλκεῖον εἶδον ἐπὶ τραπέζῃ κείμενον,
Πυρῶν τε μεστὸν ———

Vapulet vero Kuhnius cum versiculis suis, quibus nec caput, nec pes adest. Sect. 180. locus Aristophanis duos continet Anapaesticos cum Paroemiaco eos claudente; ut fieri solet tum apud illum scriptorem, tum omnes Tragicos,

Καὶ τὰς μὲν ὄφεις, ἃς ἐπιπέμπεις,
Ἐν κίστῃ που κατασήμηναι·
Καὶ παῦσαι φαρμακοπωλῶν.

Porro Capanei haec verba esse conjicio, qui in Dramate hoc Satyrico Amphiaraum augurem ludificatur. Sect. 181. Theopompi locum sic constitue, ex lege metri, ut antea l. VII.

Τηνδὶ περιζωσάμενος ᾤαν λουτρίδα,
Κατάδεσμον ἥβης περιπέτασον ——

& mox ibidem Pherecratis locum sic emenda,

Ἤδη μὲν ᾤαν λουμένῳ περιζώννυτε.

Scis sine dubio, αι & ε in libris scriptis passim inter se permutari. *Jam*, ait, *vos illi lavanti pellem circumligate.* Sectione autem 185. quicquid obtendant Pollucis tui codices, uti & Suidae & Harpocrationis, legendum credo πλίνθιον, non πλινθεῖον, ex fragmento illo Aristophanis, quod membrum est Tetrametri Catalectici,

—— ὁ δ᾽ ἐς τὸ πλίνθιον γενόμενος ἐξέτρεψε,

Ille vero, ubi venerat ad locum quo lateres fiebant, divertebat.

Quippe apud Atticos loca rerum venalium & res ipsae venales eodem nomine signabantur, ipso Polluce indicante libb. IX. et X. Sic dicebant ἐς τὸ ὄψον, ἐς τὰ μύρα, ἐς τὸν χλωρὸν τυρὸν, ἐς τὰ ἀνδράποδα, ἐς τὸν οἶνον, ἐς τοὔλαιον, ἐς τὰς χύτρας, ἐς τὸν λιβανωτὸν, etc. Ergo ἐς τὸ πλίνθιον eodem modo, ad locum ubi πλίνθιον fiebat, vel venibat. Nisi forte ἐς τὰ πλίνθια potius dicen-

cendum fuisse contendat aliquis. Ille vero sic locum constituat, eodem versus genere,

Ὁ δ᾽ ἐς τὸ πλινθεῖον γενόμενος ἐξέτρεψε — —

Sect. 188. Recte habet codex Vossianus τὴν γῦν in Aristophanis loco, qui sic digerendus:

—— τὴν γῦν ἀσπίδα,
Ἐπίθημα τοῦ φρέατος παρέθες εὐθέως.

τὸ φρέατος secundam producit.

Sect. 189. Legere possis, μὴ λίγδος καλεῖται, *numquid vocatur* λίγδος; videtur enim dubitare; unde addit, ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἔφη; cujus locus sic videtur legendus,

Ἀσπὶς μὲν, ἥ μοι, λίγδος ὡς, πυκνομματεῖ.

Sane mirifice arridet Kuhnii illa correctio πυκνομματεῖ. Πατεῖ quid hic faciat, non intelligo. Sect. 190. Platonis Comici locum sic divide,

—— δότω δὲ τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν
Καὶ τὐπιπόρπαμ᾽ ——

Ibid. Anaxilae locus sic legendus, Οὐκ ἄν γε μὴ ταῦ γένηται κεκραμένον. Denique loco ultimo sect. 192. pro inficetis illis *senariis* Kuhnii, quos Eupolidi de suo donat, hos ille habeat aliquanto meliores,

—— κάρδοπω δύο,
Κρατῆρας ὀκτὼ, δύο χύτρας, δύο τρυβλίω,
Κνέφαλλα τε καὶ (vel Κνέφαλλα τρία) θερμαντῆρα, καὶ
Θρόνους, ...
Κλίνας ἑκατὸν, κόρημα, κιβωτὸν, λύχνον.

Pro

Pro χύτρᾳ versu tertio, quod jam praecesserat, neque repeti debuit, repones σκάφῳ, vel λέβητι, vel simile quid, quod propius accedat. Nobis ad indagandum fugitivum illud nunc non est otium. Defessus enim sum taedio scribendi; quod longe majore opera mihi constitit, quam emendationes ipsae. Tu vero, doctissime & amicissime Hemsterhusi, si quid hinc frugis colligere possis ad curas tuas secundas, quas in Polluce te positurum narras, utere, fruere, jure tuo & arbitratu. Ubi id tempus venerit, videbimus forte, an in ceteris hujus libris aliquid nobis occurrat, quod doctissimos editores fugerit. Etsi, ut verum fatear, rationem consilii tui nondum perspicio. Quis enim typographus librum denuo recudet, mole sua & pretio laborantem? Ecquando omnia nuperae Editionis exemplaria divendentur? Tu igitur certiores nos facies, quo pacto & quo instituto iterum, ut narras, auctorem hunc aggredi velis. Vale, vir eruditissime, & me, quod facis, amare perge. Cantabrigiae, IX. die Junii, MDCCVIII.

F I N I S.

